
3 1761 08825161 6

Flavius Philostratus.

SPECIMEN

VARIARUM LECTIONUM ET OBSERVATIONUM

IN

PHILOSTRATI VITAE APOLLONII

LIBRUM PRIMUM

EDIDIT

ET SCHOLIASTAM GRAECUM MSCR. AD SEPTEM LIBROS PRIORES ADJECIT

GEORGIUS JOSEPHUS BEKKER

WALLDURA - BADENSIS

PHILOS. DR. SEMINARII PHILOLOGICI HEIDELBERG. NUPER SODALIS.

ACCEDUNT

FRIDERICI CREUZERI ANNOTATIONES.

HEIDELBERGAE, MDCCCXVIII.

SUMTIBUS AUG. OSWALD.

BRUXELLIS APUD DE MAT. LUGD. BATAV. APUD S. ET. I. LUCHTMANNS.

LONDINI AP. JAMES BLAK ET FILS. PARISIIS AP. TREUTTEL ET WUERZ.



PRAEFATIO.

Inter eruditos, qui antiquitatis disciplinae se totos quasi consecrarunt, praestantissimus quisque in tantâ scriptorum et varietate et copiâ unum praecipue sibi seponendum duxit, in quo emendando illustrandoque suam cummaxime operam collocaret. Est autem hujus instituti duplex usus. Sive enim literas spectemus, luculentissima antiquitatis eruditae monumenta, magnam partem vel temporum vel hominum culpâ turpiter adhuc labibus deformata, nativo paullatim nitori sic possunt restitui posterisque ad illa aditus parari facilior. Sive nostra consilia consideremus, mire quam adjuvantur studia, quae alioqui, praecipue in rebus labore taedioque saepe plenissimis, facile solent languescere. Qui vero, quo scriptorem ali-

quem ab omni parte perpolitum praestet, intimam cum eo contrahere familiaritatem cupiat, is nullo negotio intelliget, ut in sermonis proprietatem se penitus insinuet, ut ad rerum, quae ab ipso tractantur, accuratam cognitionem perveniat, non hunc solum, verum reliquos etiam, eosque quoad ejus fieri possit, omnes diligenter et curiose evolvendos esse et pertractandos. Id quod in Graecis potissimum literis compertum habemus, quae uno eodemque arctissimo inter se vinculo continentur; quandoquidem Graeci in quovis scribendi genere auctores praestantissimos habebant, quos ad imitandum sibi tanquam exempla proponerent, ad quorum orationem in singulis fere verbis et sententiis se conformarent.

Atque haec mecum reputans mature ad Graecum aliquem scriptorem me applicare constitui. Quod consilium cum aperuissem Creuzero Viro Clarissimo praeceptorique suavissimo, quem in literarum studiis et ducem mihi gratulor et auctorem, non defuit ille in hâc quoque re confirmare fluctuantem et suis etiam copiis meam

tenuitatem sublevare. Suasit etiam, ut ad *Philostratum* accederem, qui auctor cum ob rerum gravitatem, tum ob sermonis Attici suavitatem et elegantiam in primis dignus videretur, quem ad pristinum splendorem revocare conaremur: ac pro suâ erga discipulos liberalitate et benevolentiâ in me prorsus singulari egregium codicem Schellershemianum *), quo *Apollonii Vita* continetur, lubenter mihi suppeditavit. Cujus libri ope cum plurimos locos persanari posse intellexissem, animum induxeram in integros octo libros Emendationes conscribere. Cumque id agerem, innotuit mihi libellus Hamakeri V. D. **), qui in quatuor prio-

---

*) Debemus hunc librum L. Baronis a *Schellersheim* singulari in literatos homines studio atque liberalitati, quâ illum praeter alios humanissime cum Creuzero communicavit. Est autem bombycinus, formae quartae, sacculi fere decimi quarti. Nonnullis locis paginae aliquot a manu recentiore descriptae apparent. Desinit in libri octavi capite decimo quinto, verbis *καὶ βοιωτῶν πολλοὶ· καργόθεν.*

**) Henrici Arentii Hamaker Lectiones Philostrateae. Fasciculus primus, continens Observationes in quatuor libros priores, et Excursum in librum quartum de Vitâ Apollonii. Lugd. Bat. MDCCCXVI.

ribus libris versatur ac pluribus in locis egregie et sensum aperuit et verba depravata correxit: ut ejus emendationes hinc inde etiam Schellershemiani codicis auctoritate confirmari vehementer gauderem. Quo opusculo perlustrato cum vel per quatuor hos libros permulta in medio esse relicta aut emendanda aut explicanda vidissem, non deponendum videbatur quod ceperam consilium, sed immutandum quodammodo. Est enim vix alius ejusdem aetatis probabilis scriptor, qui vel verborum medelam, vel in obscuris locis, qui permulti sunt, explicationis lucem tantopere desideret, quam ipse *Philostratus*. Unde consequens est, ut, qui omnes octo libros accurate sibi illustrandos sumat, eos nonnisi justo volumine posse complecti. Quocirca, ne Speciminis modulum excederet haec scriptio, in primo me libro continendum duxi: reliqua, quae plurima jam in adversaria conjeci, sive majori Commentario sive editioni hujus operis, quam meditor, reservaturus. Sed quo, quantum in me est, eruditiorum etiam hominum animos explerem, illud faciundum putavi, ut Scholiastes

ineditus in septem libros priores his ipsis in librum primum lectionibus et annotationibus ex eodem, quem dixi, codice subjiceretur.

Atque absoluto opusculo cum plagulas Creuzero perlegendas tradidissem, non dedignatus est Vir humanissimus ita quoque voluntatem erga me suam significare, ut suis Animadversionibus, quae sponte sibi ac subito inter legendum nascerentur, ornamenti aliquid huic scriptiunculae adjiceret.

Meas observationes quod attinet, velim ne, in hoc primo quod feci scribendi periculo, ad vivum eas resecent viri eruditi: meliora polliceor, ubi melioribus fuero copiis instructus ac per tempus mihi licuerit fontes diligenter sectari, quod cum in omni scriptore antiquo, tum in Philostrato potissimum ad exercendam Criticam plurimum facit. Suppetunt autem praeterea bini codices Palatini, alter Sophistarum Vitas, alter Imagines complectens: quam subsidiorum mediocritatem uberioribus etiam copiis aliunde auctum iri confido *).

---

*) Auctae jam sunt pervetusto exemplo editionis Aldinae, quam saepius deinceps laudavi, cujus in titulo haec leguntur: *Colleg. Societ. Jesu. Antwerp.* 1599.

Quodsi in exemplis proferendis hinc inde copiosior fui, locosque non numero solum laudavi, sed verba plerumque ipsa transscripsi, id propterea a me factum est, quia Philostrati editionem, Olearianam certe, non unicuique continuo ad manus esse existimavi. Vale, L. B. meisque conatibus fave.

Scribebam Heidelbergae Idib. Sextil.
MDCCCXVII.

G. J. Bekker.

SPECIMEN

VARIARUM LECTIONUM ET OBSERVATIONUM

IN

PHILOSTRATI VITAE APOLLONII

LIB. I.

Inscriptio hujus libri abest a codice Schellershemiano. Ejus loco in fronte legitur: *βίος ἀπολλωνίου τοῦ τυανέως.*

Cap. I. Ut initium ab initio ducamus, primis hujus libri verbis illustrandis paullisper juvat immorari. Sunt autem haec: *Οἱ τὸν Σάμιον Πυθαγόραν ἐπαινοῦντες τάδε ἐπ' αὐτῷ φασιν· ὡς Ἰὼν μὲν οὔπω εἴη, γένοιτο δὲ ἐν Τροίᾳ ποτὲ Εὔφορβος*: quae duplici omnino ratione expediri videntur posse; alterâ, ut *ὡς* accipiamus pro *ὅτε*, quod protasin incipiat, et *δὲ* post *γένοιτο* apodosi additum censeamus; quâ de re monuerunt Fischer. ad Aeschin. Socr. Dialogg. II. 25. 4. p. 82. Spal.

ding. ad Demosth. Or. in Midiam p. 126 sq. Heyn. ad Iliad. I. 58. Tom. IV. p. 51. Mitscherlich. ad Hom. Hymn. in Cerer. v. 37. p. 422. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 475. Ast ad Platon. Phaedrum p. 336. ad Legg. p. 145. Poppo in Observatt. critt. in Thucyd. p. 16. Zellius in Observatt. ad Aristot. Ethic. p. 76. in Creuzeri Meletematt. P. II. In eam sententiam Olearius, Rhinuccium secutus, ita vertit: *quod, antequam Ion nasceretur, Trojae olim Euphorbus extiterit*, ad verba minus accurate. Debebat: *cum Ion nondum esset, Trojae eum Euphorbum olim fuisse.* Alteram rationem si sequamur, sic erit interpretandum: *Ionum cum nunquam* (s. *minime*) *fuisse, sed exstitisse eum aliquando Trojae Euphorbum*, ut ὡς pro ὅτι, et οὔπω accipiamus eâ significatione, quae Philostrato potissimum est propria. Cui interpretationi proxime accesserat Manutius vertens: *Ionem non fuisse*, injuriâ ille ab Oleario reprehensus. Etenim posterior ratio et ob orationis simplicitatem et ob ipsam illam peculiarem Philostrati consuetudinem videtur esse praeferenda. Exquisite enim Philostrato usurpatur particula οὔπω pro *omnino non*, aut *nunquam* sive *minime*, interdum etiam pro *non omnino.* Cf. quae de hoc usu exposuerunt jam Boissonadius V. C. ad Heroica pag. 502. et doctiss. Hamakerus in

Lectionib. Philostrateis pag. 24 et 25. Exemplis, quae proposita sunt ab his viris, alia nonnulla, quae huc pertineant, subjiciam. Hoc ipso capite pag. 2. *καὶ θεοὺς ἑτέρους, ὧν καὶ τὰ εἴδη καὶ τὰ ὀνόματα οὔπω τοὺς ἀνθρώπους γινώσκειν.* I. 28. p. 36. *ὥςπερ ἐπιθυμήσας μὲν πάλαι τῆς δικαιοσύνης, οὔπω δὲ αὐτὴν ἀναγινώσκων, οὐδὲ δοκῶν κεκτῆσθαι.* II. 36. p. 89. *κοῦφοί τε οὔπω ἔδοξαν, οὐδὲ μεστοὶ βλακείας κ. τ. λ.* IV. 10. p. 182. *καί τοι δεσπόται μὲν ὑπερορῶντες δούλων οὔπω αἰτίαν ἕξουσιν.* VIII. 7. s. 3. p. 331. s. 12. p. 345. Aliâ rursus significatione occurrit III. 11. *ἀπέχει δὲ (sc. ἡ κώμη) τοῦ ὄχθου τῶν σοφῶν οὔπω στάδιον.* Add. III. 12. III. 22. p. 112. IV. 15. p. 153. IV. 25. extr. IV. 40. extr. 1) — Cum sequentibus *ἐσθῆτά τε τὴν ἀπὸ θνησειδίων*

1) Nisi forte lacunosus est locus (et lacunae solent librorum maxime initia foedare) exciderilque *Aethalidae* mentio. Ferebat enim Pythagoras Aethaliden se fuisse, deinde Euphorbum. De Aethalide vid. Scholiast. Apollon. I. 644. et cf. Pherecyd. Sturz. LXXIII. p. 222 sq. et qui plura congessere Burmann. in Catalogo Argonautarum ad Valer. Flacc. p. XCIII. ed. Harles. Lambin. et Mitscherlich. ad Horat. I. Od. 28, 10. et Zoëgam de Obeliscis p. 300. qui etiam de hoc placito consulendus. — Ad sequentia *ἐσθῆτα — καθαρεύοι βρώσεως* adhibendus Herodotus II. 81. et Euripid. Fragm. e Cretensibus ap. Porphyr. de Abstin. IV. p. 366. Rhoer. et quae eam in rem disputarunt Valckenar. ad Eurip. Hippol. 948 sqq. de Aristobulo Jud. p. 83. *Cr.*

παραιτοῖτο cf. Aelian. V. H. IV. 17. p. 283. Kuehn. ibiq. Perizon., qui nec nostri loci fuit immemor.

pag. 1. *καὶ τοῦ θῦσαι.* C. Schell. *καὶ θῦσαι.*

pag. 2. *ξυνεῖναι δ' αὖ.* C. Schell. *ξ. δ' ἄν.* Illud *αὖ* Olearius primum recepit ex Suidâ s. v. *Πυθαγόρας* T. III. p. 232, qui idem tamen s. v. *Ἐμπεδοκλῆς* T. I. p. 724. exhibet *ἄν.* De frequenti harum particularum confusione vid. Boissonad. ad Heroic. p. 445. ibiq. laud. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 404. p. 251. — Quodsi paullo post: *καὶ μὴν καὶ τὸν Ἀκραγαντῖνον Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι φασὶ τὴν σοφίαν ταύτην*, ex Schol. ad Antholog. *ὁδὸν* pro *σοφίαν* revocandum censet Olearius, fugisse eum videtur Suidae excerptum in v. *Ἐμπεδοκλῆς* l. l.: *τὸν Ἀκρ. Ἐμπ. βαδ. φ. τὴν ὁδὸν Πυθαγόρου, ἣν καὶ Ἀπ. ὁ Τυανεὺς ἐζήλωσε*, quo suam poterat suspicionem firmare. Equidem tamen retinere malo illud *σοφίαν*, quod rarius et fortasse exquisitius est, quam sine librorum auctoritate cum Lexicographis et Scholiastis magis tritum et vulgatum intrudere. Cf. Boisson. ad Her. p. 248, qui et ipse hanc lectionem, quam in suo quoque codice invenerat, recte tuetur *).

---

*) Mihi quidem non rarius et exquisitius, sed plane incommode juncta videntur verba *βαδίσαι*

pag. 3. *κούρη τὲ, κόρος τέ.* C. Sch. *κούρη τε κόρος τε.*

προςήκει μὲν νῦν. C. Sch. *προςήκει με νῦν.*

Cap. II. *ξυνεγένετο.* C. Sch. *συνεγένετο.* Ita, quod deinceps non amplius monebo, plerumque *συν* pro *ξυν*, aliquoties tamen, ubi editiones *συν*, ille *ξυν* exhibet. In tantâ librorum varietate difficile sit pronuntiare, utrum in Sophistarum quoque scriptis Attica forma sit ubivis restituenda, nec ne. Conf. tamen Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 539. p. 276. Fischer. ad Aeschin. II. 13. 7. p. 64. Boisson. ad Her. p. 325.

pag. 4. *ζωγράφος.* Sic etiam cod. Schell., sed, *ι* eraso, correctum e *ζωγράφοις*, quod male ediderat Morellus.

καί τοι τις οὐκ οἶδε. Cod. Schell. omittit *τοι*. Male.

παρελθόντα ὑπὸ κωδίῳ εἰς τὸ στάδιον. Est haec perpetua Philostrati consuetudo, ut eundi verba, cum *παρὰ* composita, jungat accusativo cum praepositione *εἰς*, a quâ nec Schellersh. codex usquam recedit. Notavi hic de industriâ hunc usum, praeeunte jam Abre-

---

σοφίαν. Nam ut non nego *σοφίαν* loco triti illius *ὁδὸν* alio loco mihi placiturum fuisse, ita cum verbo *βαδίζειν* conjunctum illud non facile tulerim, sed *σοφίαν* potius interpreti cuidam deberi crediderim. *Moser.*

schio ad Cattier. Gazophylac. p. 93, cum ut appareret, quam caute sit Suidae auctoritate in his rebus utendum, tum ut locum verborum transpositione corruptum ex nostro codice emendarem. Suidas enim, qui tribus locis verba laudata in excerptis exhibet, in voc. Ἀναξαγόρας T. I. p. 173. voc. Ἀπολλώνιος T. I. p. 283. voc. κώδιον T. II. p. 360. pro παρελθὼν prave scripsit προελθών. Atque infra IV. 34. p. 174. in editionibus nec indicatâ ullâ lectionis varietate legitur παραπλεύσας δὲ Κυδωνίᾳ καὶ προςπλεύσας ἐς Κνωσσὸν κ. τ. λ., repugnante et sensu et verborum structurâ. Non enim haec est loci sententia, quam expressit Olearius vertendo: *Praetervectus autem Cydoniam et ad Gnosson appellens*, cum Lacedaemone ei solventi esset aut rectâ Gnossum proficiscendum, aut appellendum primo ad Insulam, deinde litus legendo ad Gnossum usque provehendum. Est vero et ipsa constructio παραπλεύσας δὲ Κυδωνίᾳ, vel per se insolentior, ab eâ significatione, quam Olearius in eâ voluit inesse, plane aliena, quandoquidem παραπλεῖν alioqui non tertio, sed quarto casui fuisset jungendum. Unice est accipiendum, quod offert cod. Schellersh. προςπλεύσας δὲ κυδωνίᾳ (sic corrigendum est in Creuzeri Meletematt. P. I. p. 87. ubi operarum incuriâ impressum κυδωνίαν), καὶ παραπλεύσας

ἐς Κνωσσὸν κ. τ. λ. *ad Cydoniam appulsus et Gnossum provectus* etc., quâ levi verborum trajectione sanus efficitur sensus et structura illa Nostro vel maxime usitata; cuius pauca solummodo haec exempla breviter adjiciam. I. 16. p. 19. καὶ παρῆλθεν ἐς τὸ ἱερόν. I. 23. p. 29. ἐς αὐτοὺς (sc. θεοὺς) παρελθόντα. p. 30. παρελθεῖν μὲν δὴ ἐς τὴν Κισσίαν. IV. 36. p. 177. παριὼν ἐς τὰ Ῥωμαίων θέατρα. IV. 38. p. 178. παριτητέα ἐς πόλιν. IV. 42. p. 182. παραγενόμενος ἐς τὴν Ῥώμην, et ibid. παρελθὼν ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον. IV. 46. οὐ παρῆλθε μὲν ἐς δικαστήριον, ubi οὐ expungendum censet Hamakerus pag. 94. quod a Schellersh. cod. servatur. V. 9. παρελθὼν δὲ ἐς τὰ Ἴσπολα. VII. 28. p. 308 f. παριὼν ἐς τὸ τοῦ Πολυφήμου ἄντρον: celt. Diod. Sic. XII. 46. f. T. I. p. 510. Wess. παρελθόντες εἰς τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδεῖς. Plut. Cat. min. cap. 62. pag. 201. Schaef. τοὺς δὲ καὶ δέος εἶχεν εἰς Ἰτύκην παριέναι. Ibid. p. 202. παρελθόντες εἰς πόλιν, et cap. 63. p. 203. Sic παρελθεῖν εἰς τὴν ἀρχήν, magistratum inire, ut docet Toupius in curis noviss. in Suidam p. 300, ubi in difficilioribus illis Suidae verbis: ἂν μὴ παρέλθωσιν, ἐφ' οἷς ἂν ἄρχωσιν, Astius ad Platon. Phaedr. p. 248. pro μὴ legendum censet πη: sed nescio quo jure. Omittitur quoque subinde in hâc constructione praepositio: cf. Diodor. in Excerpt.

p. 615. l. 95. Wess. ὁ αὐτὸς καὶ Κύζικον παρελθὼν, ibique a Wesselingio laud. Davis. ad Maxim. Tyr. (Diss. XXI. γ.) pag. 578. et quae plura posuit Dorville ad Charit. p. 256. 650 sq. Amstel. Sequente εἰς eâdem ratione παρεῖναι quoque usurpatur, de quo vid. Valcken. ad Herod. I. 21. p. 10. W. T. V. p. 22 et 23. Schweigh. Add. quae de hoc usu etiam monuit Dorvillius ad Chariton. p. 650. coll. 356. Amst. p. 598. et 355. ed. Lips.

περὶ Αἰγὸς ποταμούς. Cod. Schell. π. Αἰγ. ποταμοῦ.

τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν. C. Sch. τ. τ. π. ἄνοιαν: quae haud raro confunduntur. Vid. Ast. ad Platon. Legg. p. 168. Illud praeferendum: quod pro ἄνοια in simili causâ Herodoto restituere conatur Valckenar. VI. 69. p. 469. W. T. VI. p. 193. Schw. Copiosius disputavit de utriusque vocis permutatione ac discrepantiâ *Lennep.* ad Phalaridis Epp. pag. 215 sq. item Ast. ad Platonis Legg. p. 168.

τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐκείνου ἐπιστολῶν. Desunt haec verba in codice Schellersh.

pag. 5. ἐπέστελλε δὲ βασιλεῦσι, σοφισταῖς . . . ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθνῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ νόμων· παρ' οὓς ὅ,τι ἂν πράττοιτο ἐπηνώρθου. Priores editiones itemque codices omnes exhibent ὑπὲρ ἐθῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, atque in hâc lectione Schellersh. quoque co-

dex persistit. Illud ἐθνῶν ex uno Vratislav. libro Olearius in textum recepit, cum alterutrum, sive ἠθῶν, sive ἐθῶν superfluum crederet, Suidae potissimum et ipsius Vratisl. codicis auctoritate permotus, quorum alter ὑπὲρ ἐθῶν, alter ὑπὲρ ἠθῶν omitteret: ἐθνῶν vero et ἠθῶν conciliari forsitan inter se posse putavit. Hamakerus, qui obiter de hoc loco disputavit p. 30, in eo cum Oleario consentit, quod utrumque vocabulum in textu relinquendum esse negat, dissentit in eo, quod ne ἐθνῶν quidem pro germano habet, sed ortam dicit esse codicum lectionem correctione ἠθῶν ex margine in textum receptâ; et cum ἐθῶν parum aut nihil ab ἠθῶν differret, conatos esse nonnullos, eo hanc ταυτολογίαν tollere, ut ἐθνῶν conjicerent, alios, ut ὑπὲρ ἐθῶν, alios etiam, ut rursus ὑπὲρ ἠθῶν ejicerent. In quo critica ratio omnino nobis probatur, res ipsa non item. Solebant utique innumera in antiquorum monumentis vitia inde oriri, quod scholiastae aut lectoris sive interpretamentum sive conjectura per librariorum incuriam in textum irreperet: atque in ipso Philostrato plus simplici vice hoc factum esse dolemus. Sic enim, ut hoc utar, infra VIII. 19. in codice Urbin. ἐν σπουδαῖς ἐν σπουδαῖς legebatur, quorum illud recte exulare jussit Olearius; et in Philostr. Jun.

Icon. IV. init. pag. 867, ubi *βλέπων τε δεινῶς δεδορκὼς*, omnino cum Piersono Verisimil. Lib. II. cap. 8. p. 232. reponendum *δεινῶς τε δεδορκώς* *). Mira ibi comminiscitur Olearius, quae hîc refutare non attinet. Nec tamen Criticae illud praeceptum cadere in nostrum locum crediderim, sed in tanto codicum consensu unice vindicandam esse eam lectionem, quam exhibuerant editiones priores. Est haec eadem Jacobsii V.C. sententia, in Addit. Animadverss. in Athen. pag. 282, qui ex Koenii annotatione ad Gregor. Corinth. p. 236. (p. 495. Schaef.) laudat Aeliani locum H. A. IX. 9. nostro simillimum: *βιαζομένης τῆς φύσεως τῶν μητρῴων καὶ ἠθῶν καὶ ἐθῶν ἐρᾷν.* Koenius ipse non protritum ibi dicit esse hoc loquendi genus; et est sane exquisitum ac Sophistarum rationi maxime congruum; qui verborum ejusmodi lusibus insigniter delectantur. Omnino ad nostrum hunc locum praecipue est attendendum, ubi eum se Sophista praestitit, qui in *παρίσοις*, quae dicunt, et *ὁμοιοτελεύτοις* inprimis sibi placeret. Quodsi apud Suidam et in Vratisl. codice perperam scriptum videmus, id posteriorum aut negligentiae tribuendum est aut minus accuratae sermonis cognitioni, cum *ἤθη* et *ἔθη* non probe

---

*) Malim h. l. equidem fere *δεινόν τε δεδ.* *Mr.*

a se invicem distinguerent. Etenim magna est, quae inter has voces ex Graecorum usu intercedit differentia, ut haud inepte Philostratus utrumque conjunxerit. Quae discrepantia ne a recentioribus quidem eruditis satis videtur esse ani adversa. Sic Abreschius ad Cattierii Gazophyl. p. 21. et p. 50. utrumque ab ἔθω derivans, utrumque item vertit *mos, consuetudo*. Minus dextre. Est enim ἔθος, ἔθη, *mos*, *consuetudo*, et ad externa potius videtur pertinere, uti optime jam docuit H. Stephanus in Thes. L. Gr. T. I. p. 1096; ἦθος, ἤθη *ingenium*, *animi quaedam ac morum propria indoles* et, ut Quinctilianus (VI. 2. 8 et 9.) explicat, *sunt omnes mentis habitus*. Cf. Steph. T. I. p. 1097. Sturz. Lexicon Xenophonteum p. 475 sq. Quae ratio ut bonorum scriptorum omnium, ita Nostri praecipue auctoritate firmatur. I. 34. p. 42. οὐκ ἄν μοι δοκῶ τοὺς εὐνούχους ποτὲ ἐς τὰ τῶν σωφρονούντων ἤθη προσγράψαι, qui locus cum Platonico est componendus Phaedon. p. 81. e. Steph. p. 41. Wyttenb. p. 111. Hdf. II. 13. c. f. ἤθη ἐλεφάντων. II. 20. c. f. ἡδὺ τὸ ἦθος, quocum conferri potest Diodor. Sic. Fragmm. Lib. XXXIV. p. 100. Bip. T. II. p. 525. Wess. βασιλεὺς μεγαλόψυχος καὶ τὸ ἦθος ἥμερος. Xenophon. Oecon. XXI. 10. ἦθος βασιλικόν. Conviv. VIII. 3. ἦθος ἱλαρόν. Plutarch. Cato min. cap. I.

p. 128. Schaef. ἦθος ἄτρεπτον καὶ ἀπαθὲς καὶ βέβαιον ἐν πᾶσιν. — Deinde II. 30. p. 83. πολλὰ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι. III. 25. p. 115. εἰ γὰρ ἀφίκοιντο καταγόντες ὑμῖν ἀνδράποδα Καρικὰ, καὶ τὸ ἦθος αὐτῶν ἀφερμηνεύοιεν ὑμῖν, ἔπαινον ποιοῦνται τῶν ἀνδραπόδων τὸ μὴ κλέπτειν αὐτούς. III. 38. pr. IV. 33. VII. 23. p. 304. Add. Xenoph. Memorab. III. 10. 5. IV. 8. extr. Ad tralatam illam significationem, quâ ἤθη populi mores et instituta civilia denotat, Steph. Thes. T. I. p. 1098. appositi sunt Philostrati loci II. 14. c. f. τοὺς Ἰνδοὺς . . . . νομίζειν Ἑλληνικοῖς ἤθεσι. V. 41. p. 225. καὶ ἐπανῆλθον αἱ πόλεις ἐς ἤθη Δωρικὰ καὶ Ἀττικά. VII. 42. p. 320. extr. Vid. Wolf. V. Cel. ad Demosth. Leptin. pag. 232. Atque hinc satis intelligitur IV. 32. pr., ubi Lacedaemonius adolescens rei nauticae studiosus dicitur αἰτίαν ἔχων ὡς ἀδικῶν περὶ τὰ ἤθη, non magnopere desiderari, quod Jacobsius addendum suspicatus est, τὰ πατρικά: conf. Epistol. ad Schneiderum p. 40. Ac VII. 2. p. 230. de consuetudine merces permutandi legendum fortasse erit: τὸ τῆς ἀγορᾶς ἔθος pro τ. τ. ἀγ. ἦθος. Cf. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 135. — VI. 12. fin. ubi ἐπιτρέψας τὰ ἑαυτοῦ . . . ἀκρίτοις καὶ ἀξένοις ἤθεσιν, Morellus vertit; *ignaris atque inhospitalibus moribus*;

male; Olearius: *gentibus ignaris et inhospitalibus*; ad sensum recte, ad verba minus recte. Equidem vix dubito, quin corrigendum sit ἔϑνεσιν, quamquam et Schellersh. codex vulgatam sequitur: neque enim alia notio, quâ ἤϑη domicilium, sedes fixas significat, cadere in hunc locum videtur. Solent autem ἐϑῶν et ἠϑῶν cum ἐϑνῶν haud raro permutari. Bina tantum exempla proferam. Apud Philon. Jud. de Cherubim p. 115. C. vulgata est lectio ἐϑνῶν, Mangejus ex suis codd. praebet ἐϑῶν, quod probatur Wyttenbachio, cui tamen ἐννοιῶν verius videtur. Vid. ad Plutarch. T. I. pag. 270. Alter locus est Polybianus, nostro simillimus I. 65. 7. T. I. pag. 162. ubi in verbis ἤϑη σύμμικτα καὶ βάρβαρα in Lexico demum Polybiano p. 296. Schweighaeuserus V. C. pro ἤϑη legi iubet ἔϑνη. Add. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 495. De hâc re universâ ac de potestate differentiâque utriusque vocabuli nemo, quod sciam, uberius et accuratius egit, quam Summus Wyttenbachius, qui omnino consulendus. Biblioth. Crit. Vol. III. P. I. pag. 16 — 20. Ad Plutarch. T. I. pag. 80. 139. 455. et 578. Add. Hemsterh. ad Lucian. T. II. p. 274. Bip. qui et locum de Minervâ Philostr. Jun. Icon. cap. VIII. in suum usum convertit. Stephan. ad Schol. Thucyd. I. 132. T. II. p. 528. Bauer. Valckenar. ad Theocriti

Adoniaz. p. 328 sq. Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 350 sq. Ast. ad Platonis Legg. p. 52 et 53. De germanâ significatione vocabuli ἔθος magnam exemplorum copiam ex Patribus collegit *Suicerus* Thesaur. ecclesiast. T. I. p. 1006 sq. Add. *Spanhem.* ad Julian. p. 55. et *Sextus Empir.* Pyrrhon. Hypotyp. I. 146. p. 37. Fabric. — Quod ad extrema verba attinet, illud παρ' οὓς ex Bentleji conjecturâ reposuit Olearius. Libri omnes et editi et scripti, quibus Schellersh. quoque accedit, habent παρ' οἷς: neque est, quod a legitimâ lectione recedamus, cum ad sententiam vel accomodatius videatur esse, si hanc enuntiationem ad verba βασιλεῦσι, σοφισταῖς κ. τ. λ. referamus, quam ad νόμων. Alioqui enim id solum emendasse videretur Apollonius, quod legibus, non quod morum integritati repugnasset.

Cap. III. ἀποδημίας τε αὐτοῦ. Cod. Schellersh., qui supra c. I, ubi editt. κούρη τὲ κόρος τὲ, accentus omisit supra τε, h. l. ἀποδημίας τὲ ἀ. Leve est, semel tamen hîc indicare volui, hanc accentus ponendi rationem semper fere in nostro codice servari. — Caeterum in margine apparet . . . . δημίας τῶν αὐτοῦ.

μεταγράψαι τε προςέταξε τὰς διατριβὰς ταύτας. Cod. Schellersh. μ. τ. προςέταξε· καὶ

τὰς δ. τ. Sic etiam, sublatâ distinctione Morell. et Ald., nec video cur καὶ ejicerit Olearius. Voluit enim, ni fallor, illud significare Philostratus, inter alia ejusmodi negotia etiam hoc sibi ab Imperatrice esse injunctum. — De sequenti verbo ἀπαγγέλλειν vid. Wesseling. ad Diodor. IV. 1. T. I. p. 246. et ad Excerpta T. II. p. 552. *Ernesti* Lexicon Technologiae Graecor. rhetor. p. 33. et quae, nec nostri loci oblitus, egregie nuper monuit Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 365 et 380. Add. Boisson. ad Her. p. 502. Cf. I. 14. p. 16. ἀπαγγελίᾳ χρώμενος δοκίμῳ καὶ ἐγεγερμένῃ. Eâdem ratione verbum ἀπαγγέλλειν Nostro frequentatur. V. 14. p. 198. extr. ὅδ' (leg. ὁ δ' cum cod. Sch. cf. Boisson. ad Her. p. 322. 535. 549. Jacobs. in Append. ad Porson. Adverss. p. 285.) ἀπαγγέλλων λόγον, ὃν, ὥς ἐστι ψευδὴς, πᾶς οἶδεν. V. 36. p. 220. οὐκ ἂν οὕτω σαφῶς, ἃ ἐνεθυμήθην, ἀπήγγειλας. VI. 9. fin. VI. 10. p. 238. In Vit. Soph. II. 20. 3. p. 601. σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ καὶ βεβηκὼς, haud dubie legendum ἀπαγγελίαν, quod vidit jam Toupius ad Longin. de Sublimit. p. 472. Weisk. et Valckenar. ad Theocr. Adoniaz. Argument. p. 202. qui apud Thomam Mag. s. v. ἑρμηνεία pag. 365. ed. Bern. pro ἀγγελία et ἀγγέλλω, quod ex Philostrato excitatum est, recte corrigi jubet ἀπαγγελία et ἀπαγγέλλω: et com-

mode ibi l. l. ex Vit. Soph. indicavit Oudendorpius [2].

τῷ γὰρ Νινίῳ. C. Sch. τ. γ. Νίνῳ. Vitiose.

pag. 6. Μοιραγένει τε. C. Sch. cum edit. Ald. M. γε, quod unice probandum. Est haec particula saepius adhuc pro τὲ ex codicibus revocanda *). Cf. Fischer. ad Aeschinem II. 28. 6. p. 87.

ξυνθέντι. Cod. Schell. ξυντιθέντι. Minus recte.

---

2) Caeterum quod μεταγράφειν h. l. non solum describendi aut transscribendi verum etiam refingendi sive corrigendi significationem habet: similiter usurpavit illud verbum Xenoph. Hellen. VI. 3. 8. [Dio Cass. XXXVI. 23. p. 100. πολλάκις αὐτὰ (τὰ γραφέντα) μετέγραφον. XXXVIII. 2. p. 150. Reim. μεταγράψειν ἢ καὶ παντελῶς ἀναλείψειν, εἴ γέ τῳ μὴ ἀρέσκειέ τι, ὑποσχόμενος.] Quam in rem plura collegit Budaeus Comment. L. Gr. p. 597. Ego in verbis *scribendi* negotium significantibus praepositionis μετὰ admonebo. Porphyr. in Vitâ Plotini cap. 6. συντελέσας γὰρ παρ' ἑαυτῷ ἀπαρχῆς ἄχρι τέλους τὸ σκέμμα, ἔπειτα εἰς γραφὴν παραδιδοὺς ἃ ἐσκέπτετο, συνεῖρεν οὕτως γράφων ἃ ἐν τῇ ψυχῇ συνδιέθηκεν, ὡς ἀπὸ βιβλίου δοκεῖν μεταβάλλειν τὰ γραφόμενα. Eustath. ad Odyss. VIII. 499. p. 323. Basil.: — διὸ καὶ τὰ μαντικὰ ἔπη μεταλαμβάνοντες εἶπον ἐνελείφθη τι τοῦ ἵππους εἶτα ἑαυτοῦ γεγονότα τὸν μάντιν ἀνηρῶτων Atque ut tachygraphorum est μεταλαμβάνειν, sic dictantis est ὑπαγορεύειν. Cf. v. c. Euseb. Hist. eccles. VI. 23. p. 249. Valesii, ubi de Origene: ταχυγράφοι τε αὐτῷ — παρῆσαν ὑπαγορεύοντι κ. τ. λ. *Cr.*

*) Permutatio particularum γε et τε inde orta est, quia prior in codd. plerumque ita scribi solebat: Γε. *Mr.*

τοῖς τε φιλομαθεστέροις. C. Schell., uti Morellus ex Ald. dederat, τοῖς δὲ φ. Ferri utrumque potest. Sed vid. quae de hoc usu particulae δὲ post praecedens τε posuit Werferus noster in Obss. in Herodot. (in Actt. Philologg. Monacc. T. I. Fasc. II.) pag. 244. Infra V. 13. pag. 197. pro οἱ δὲ ἔφασαν τὸν Τυφῶ πολυκέφαλον δὲ εἶναι, νεώτερά τε (cod. Sch. hoc τε om. cum Morell. et Ald.) ἀπειλεῖν τῇ Σικελίᾳ maluerim τ. Τ. πολυκέφαλόν τε εἶναι, νεώτερα δὲ ἀπ. τ. Σ.

Cap. IV. κυούσῃ δὲ αὐτοῦ τῇ μητρί. C. Sch. αὐτὸν, consentiente Boissonadii codice A. cf. ad Her. p. 593. Illud αὐτοῦ Olearius recepit nullius codicis, sed Bentleji solum auctoritatem secutus, a quo structuram verbi κυεῖν cum casu quarto ut minus Graecam repudiari dicit: provocat praeterea ad Eusebium advers. Hierocl., qui eadem proferens ita habeat: κυούσῃ γὰρ τῇ αὐτοῦ μητρί. — Κυεῖν certe est non solum *concipere*, quod Goensius ad Porphyr. de A. N. p. 115. videtur voluisse, verum etiam *gravidam esse, in utero gerere*: neque de hâc significatione quisquam dubitaverit. In dubium vocatur illud, utrum addi possit huic verbo casus quartus: quod negans cum Bentlejo Olearius αὐτοῦ intrusit pro αὐτόν. At non erat, cur legitima

haec lectio a VV. DD. sollicitaretur. Est enim illa germana item et cum loquendi Graecorum consuetudine vel maxime congrua. Auctor illius constructionis est Homerus, binis locis. Alter est Iliad. XIX. 117, ubi de Stheneli uxore:

ἡ δ' ἐκύει φίλον υἱόν· ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς·
ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωςδε, καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα.

Schol. Villoison. *ἐκύει* explicat *κατὰ γαστρὸς εἶχεν.* Add. Hesych. s. v. *κυέει, κύει* et *κύησεν.* Tom. II. p. 369. Alb.; alter Iliad. XXIII. 265 sq.

— — *τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν*
ἑξέτε', ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν.

ubi Eustath. pag. 1412. l. 12. Basil. *τὸ βρ. ἡμ. κ. δηλοῖ τὸ ἐγκυμονοῦσαν.* Schol. Didymi *ἔγκυον καὶ κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν* [3]). cf. Hesych. l. l. et s. v. *κυέουσαν.* Sunt vero ex pedestri oratione nobis exempla repetenda, apud optimos scriptores, Platonem non minus, quam apud Xenophontem obvia. Plato Conviv.

---

3) Pro eo Septuag. Interprr. et N. T. Scriptores usurpant *ἐν γαστρὶ ἔχειν*: cui respondet *λαμβάνειν* et *συλλαμβάνειν ἐν γαστρί.* Vid. quos eam in rem laudavit Bielius in Thes. I. p. 315. [coll. Schoettgen. et Schaefer. ad Lamb. Bosii Ellipses Graec. p. 146 sq.] Verbi autem *λαμβάνειν* *concipere* potestatem ex primitivo *γάειν* *capere*, unde *γαστὴρ*, docte,

cap. 33. pag. 74. Ast. εἰσὶ γὰρ οὖν, οἱ καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν ἔτι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς σώμασιν, ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν. Xenophon. de Venat. Cap. V. §. 13. p. 351. Schn. ubi de lepore: Πολύγονον δ᾽ ἐστὶν οὕτως, ὥστε τὰ μὲν τέτοκε, τὰ δὲ τίκτει, τὰ δὲ κύει. Auctor ante oculos videtur habuisse Herodot. III. 108. Add. Aristot. H. A. IV. 33. p. 312. Aelian. H. A. II. 12. p. 50. XIII. 12. p. 419. Schn. et quos laudavit insuper Schneiderus ad Xenoph. l. l. Ejusd. Eclogg. physs. p. 30. Creuzeri Symbol. T. III. p. 523. Eâdem ratione etiam κύεσθαι usurpari docet Pollux a Schneidero ad Xenoph. laud. V. Segm. 73. (T. I. p. 515.) τὸ μὲν ἤδη τέτεκται, τὸ δὲ μέλλει, τὸ δὲ κύεται, τὸ δ᾽ ἔτι πλάττεται. Quae qui perpenderit, tantum aberit, ut in Philostrato illud κυούσῃ αὐτὸν, quasi minus probum rejiciat, ut restituat potius suam ipsi elegantem et exquisitam dictionem, quam ex optimis scriptoribus Atticis desumsisse eum

---

ut assolet, repetiit Valckenarius in Scholiis ad Evang. Luc. I. 31. ed. Wassenbergh. p. 37. Illam vero locutionem etiam usurpat [Dio Cassius XLVIII. 44. p. 560. Reim. πυθόμενος, εἴ οἱ ὅσιον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη. LIX. 7. p. 908. LIX. 23. p. 928.] Tzetzes ad Lycophron. p. 822. Müller. ubi de Danae: ἡ δὲ ἐν γαστρὶ ἔσχε τὸν Περσέα. Usurpavit etiam Athenaeus X. p. 453. p. 160. medicus feminam interrogat: μὴ ἐν γαστρὶ ἔχει; *Cr.*

apparet. Accedit Suidae auctoritas, quam cum alias nimium ei tribuerit, hîc plane non curasse videtur Olearius. Ita enim ille s. v. Ἀπολλώνιος Τυανεύς. T. I. p. 283. Φιλόσοφος, υἱὸς Ἀπολλωνίου . . . ὃν κύουσα ἡ μητὴρ ἐπιστάντα δαίμονα ἐθεάσατο, λέγοντα ὡς αὐτὸς εἴη, ὃν κύει. — Quando in explicandis verbis, quae omnino ad hoc genus pertinent, minus accurate Lexica versantur, operae pretium facturi videmur, si de verbo κυΐσκειν, quod priori illi cognatum est, pauca addiderimus. Schneiderus V. Cl. in Lex. Gr. de gravidando duntaxat hoc verbum usurpari contendit, laudato uno Aristotele H. A. VI. 19. (Tom. I. pag. 291. Schn.) Locus antea sic legebatur: κυΐσκουσι μὲν ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ὀχείαις, ἂν δ' ὕδωρ ἐπιγένηται μετὰ τὴν ὀχείαν, ἀνακυΐσκει. Schneideri editio habet κυΐσκονται, haud dubie operarum vitio, pro κυΐσκεται, cum in Annott. T. III. p. 481. ita scripserit vir doctiss.: „κυΐσκεται· vulgo κυ„ΐσκουσι, ex codd. suis correxit Camus, con„sentientiente versione Thomae, ubi est im„praegnantur.“ Neutrum pluralis numeri, cum verbo ejusdem numeri conjunctum, in nostro loco priscae lectioni minime obstare, vix est, quod moneam. Add. ad Matth. Gr. Gr. §. 299. quae ex Hermanni sententiâ in hanc rem disputâvit erudit. Poppo in Obser-

vatt. critt. in Thucyd. p. 151. Sed vid. etiam Zell. Obss. in Aristot. Eth. p. 74. in Creuzeri Meletemm. P. II. Equidem non valde repugnabo, si quis cum Camo et Schneidero κυΐσκεται, sive etiam κυΐσκονται, legendum censeat, quamquam κυΐσκουσι, ut sequenti ἀνακυΐσκουσι magis respondeat, praeferendum videtur. Neque tamen persuadere mihi possum, quo pacto recte ex unico hoc loco, ubi etiam lectionis diversitas adest, nova verbi potestas eliciatur, alibi nusquam obvia. Est κυΐσκειν idem plane, quod κυΐσκεσθαι, *concipere*, *gravidari*, quod ex Aristotelico loco, quem et Budaeus Comment. L. Gr. p. 473. ita accepit, satis liquet. Cf. tamen, quae plura de hoc verborum genere docte disputarunt Valckenar. et Wesseling. ad Herodot. III. 108. pag. 251. W. T. V. pag. 107 et 108. Schw. Add. tamen Geoponica p. 377. Basil. ubi de columbis ita legitur: φύσει δὲ καὶ πολύγονον τὸ ζῶον· ἐν πάσαις γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέραις κυΐσκει καὶ τίκτει, καὶ θάλπει, καὶ ἐκτρέψει. Deinde significat *gravidam esse*, *uterum gestare*, uti docet Philostrati locus, qui omnino mihi in causâ fuit, ut de hoc verbo monerem. Est autem I. 22. p. 28. ὁ δὲ τῆς λεαίνης τόκος· αἱ λέαιναι μηνῶν μὲν κυΐσκουσιν ἕξ, τρὶς δὲ ἀποτίκτουσιν, ἀριθμὸς δὲ τῶν σκύμνων, παρὰ μὲν τὴν πρώτην τρεῖς·

ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας δύο. Ut revertar ad alterum illud verbum in Aristotelico loco, ἀνακυΐσκει, alii aliter sunt interpretati. Thomas *rejicit fetum*, Gaza *abortum infert*, recte a Schneidero in Lex. reprehensus, Jos. Scaliger *coitus repetendus est.* Schneiderus in editione hujus operis suum ipse judicium non interponens, enumerandis his aliorum sententiis adquiescit; in Lex. Gr. ad arietes referre vocabulum videtur, ut sit idem, quod ἐγχρίμπτεσθαι, salire; constans quidem ipse sibi, cum verbum κυΐσκειν active accipiendum esse statuerit. Sed haec interpretatio quam nostro loco non sit accommodata, vel inde intelligitur, quod dura fieret oratio et obscurior, si *aries* ad ἀνακυΐσκει cogitatione esset addendum. Scaliger autem ad sententiam recte vertisse videtur, non item ad verba; quippe qui non diserte expresserit, utrum ad arietem, an ad ovem, quae dixit, pertinerent. Omnino vertendum erat: *denuo concipiunt;* aut, si mavis, *oportet, ut denuo concipiant.* Neque vero minus probanda est Thomae interpretatio *rejicit fetum.* Conf. de hâc potestate praepositionis ἀνὰ cum verbis compositae, quâ contrarium aliquid esse factum significatur, quae egregie posuit Valckenar. ad Herodot. VIII. 65. p. 646 et 647. W. T. VI. p. 134. Schw. Add. Wesseling. ad I. 186.

p. 87 et 88. W. T. V. p. 186 et 187. Schw. Wyttenbach. V. C. ad Phaedon. pag. 192. et Heindorf. ad Hipp. Major. p. 176. — Ad ea, quae explicata verba proxime antecedunt, τὸ δὲ ἔθνος βαθὺ, *gens opulenta*, quae uberius et accuratius de hâc locutione disputaverat summus Spanhemius ad Callimachi hymn. in Apoll. v. 65, Oleario laudatum et magis etiam apposite ad nostrum locum, ad hymn. in Cerer. v. 114. Quodsi alterutram harum interpretationum sequamur, omnia sunt expedita, neque est, quod a priscâ illâ lectione κνίσκουσι recedamus: quâ retentâ, servatur orationis concinnitas, quam inesse in eâ voluit Aristoteles, κνίσκουσι et ἀνακνίσκει sibi invicem opponens. Ne vero offendat quemquam subitus a plurali numero ad singularem transitus, conferat, quae de hoc usu Aristoteli inprimis proprio docte nuper observavit Zell. in Obss. in Aristot. Eth. p. 96 sq.

pag. 6. σὺ δὲ τίς; Cod. Sch. σὺ δὲ δὴ τίς. Quod reponendum esse nihil dubito. Saepissime particula δὴ post δὲ librariorum negligentiâ omissa. Vid. Wyttenbach. ad Fragm. Plutarch. ad calc. Lib. de S. N. V. p. 140. Jacobs. Additam. Animadverss. in Athen. p. 332. Idem in Observv. critt. in Antholog. Graec. pag. 160. in Actt. Philologg. Monacc. Tom. II. F. II. De formulâ σὺ δὲ τίς εἶ; vid.

exempla ap. Wetsten. ad Ioann. I. 19. T. I. p. 842. De hoc usu particulorum δὲ δὴ, δὲ δή τίς, cf. Hoogeveen. de Partt. T. I. p. 268. 269 et 287. — Caeterum quod ad Proteum attinet, contulisse non poenitebit Cognatum ad Lucian. T. II. p. 359. et Hemsterh. ad eund. p. 360. Bip. [4])

τοῖς γε ἀκούουσι. Cod. Schell. τοῖς τε ἀκ. Male.

ἐπειδὰν προϊὼν ὁ λόγος δεικνύει. Cod. Sch. ἐπειδ' ἂν, et sic fere pro ἐπειδάν. Caeterum codex soloecismum hîc retinet, quem alias diligenter plerumque evitavit. Scribendum ἐπειδή. Cf. Matth. Gramm. Gr. §. 521. Not. 1. p. 742. Latissime vero per antiquorum scripta patere hoc vitium, ut pro ἐπειδὴ cum In-

---

4) De Proteo adde Eudociam in Violeto p. 348 sq.; quae conferenda sunt cum iis, quae apud Tzetzas leguntur in Scholiis ad Lycophron. vs. 124. p. 396. Mülleri. Adde Scholia in Gregorii Naz. Carmina p. 41. ed. Gaisford. Caeterum si Homerica Odyss. IV. 385 — 420. comparas cum Herodoteis II. 115: in eo sive genio sive homine vel maxime tenendum erit illud, quod in aliis Aegyptiorum regibus teneri jubet Zoega de Obeliscis p. 444 sq. nimirum in Aegyptiorum Annalibus regum gesta cum Deorum fabulis complicata reperiri. Vide mihi modo haec Pherecydea ap. Strabonem X. p. 472. (in Fragg. p. 152. Sturzii) ubi Vulcanus ex Cabirâ, Protei filiâ, tres Cabiros suscepisse dicitur. Quae quo pertineant, nunc quidem longum est exponere: pervelim tamen a *Schellingio* V. C. in libro de Samothraciis Diis haec ad disputationis summam curatius adhibita esse. *Cr.*

dicativo positum sit ἐπειδὰν, et rursus pro ἐπειδὰν cum Conjunctivo ἐπειδὴ, satis est cognitum. Vid. Zeun. ad Viger. p. 404 et 405. Sturz. Lexic. Xenoph. T. II. p. 247. Porson. Adverss. p. 246. p. 216. ed. Lips. et quae largâ manu dedit Schaeferus V. C. ad Gregor. Corinth. p. 165. ac praecipue ibi laudatos Boissonadii locos ad Heroica, quibus adde p. 350. 648 et 651. Bast. Comment. Palaeogr. p. 808. Werfer. in Obss. ad Herodot. Actt. Philologg. Monacc. T. I. Fasc. II. p. 256. not. coll. Locellâ ad Xen. Eph. p. 185 et 186. atque Hoogeveen. de Partt. T. I. p. 415 et 416. Meliorem nostri codicis scripturam suis locis enotabo. Plurimos Vitae Apollonii locos, in quibus haec labes, ad nostri codicis fidem ubique abstergenda, adhuc residet, indicavit Jacobs. in Add. Animadverss. ad Athen. p. 147. quibus, cum id nunc agam, pauci duntaxat videntur esse addendi. IV. 22. p. 161. V. 2. VI. p. 275. VI. 14. p. 295. VII. 15. p. 296. Caeterum hic error ita erat inveteratus, ut ne Valesius quidem in Emendatt. cap. XII. p. 93, ubi locum ex Vit. Soph. II. 27. §. 5. p. 618, nunc a Boissonadio ad H. p. 330. correctum, peculiariter tractavit, de tollendo eo cogitaret.

Cap. V. πρὸς ᾧ νῦν ἱερόν. C. Sch. π. ᾧ ν. τὸ ἱερόν.

μηδέ. C. Sch. μὴ δὲ disjunctim, ut editt. ante Olear., et sic, quod semel monuisse sufficiat, plerumque pro μηδὲ, οὐδὲ praebet μὴ δέ, οὐ δέ, pro μηδεὶς et μηδεμία — μὴδ' εἷς et μὴ δὲ μία. In nostro Ald. exemplo, ad cujus marginem emendationes hinc inde docta manus apposuit, bene jam correctum est in μηδέ. Qui codices tractaverit, ei notum est, quam quoties a librariis haec particula temere distrahatur, quamquam subinde, ubi conjuncta offertur, sit disjungenda. Tetigit hunc abusum jam *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plutum v. 556. pag. 169. Conf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 826. Add. Werfer. Obss. in Herodot. p. 250. in Actt. Philoll. Monacc. T. I. Fasc. II. Reliquit hanc labeculam Olearius I. 37. p. 45, ubi, invito etiam Schellersh. codice, ut item in exempl. Ald. correctum reperio, pro μὴ δὲ ἅπτεσθαι δέρης scribendum μηδέ.

Mox pag. 7. de poetico illo et in prosâ oratione minus usitato verbo ἐκθορεῖν eiusque similibus vid. Interprr. ad Lucian. Tom. I. pag. 211. Bip. ubi et Philostrati locus in exemplis ponitur. Add. I. 37. p. 46. πηδήσεταί τε ἡ καρδία θαμὰ ἐκθρώσκοντος τοῦ ὕπνου. II. 2. p. 51. ἀνέθορεν (τὸ θηρίον) ἐς τὰ ὄρη πόθῳ ἀρσένων. VI. 19. p. 256. καὶ ὡς Διὸς αὐτοῦ ἀνέθορεν (sc. ἡ Ἀθηνᾶ). Usurpavit illud in simili causâ *Joseph.* B. J. I. 17. 3. pag.

95. Haverk. ἐκφέροντι (Ἡρώδῃ) τῆς κοίτης εἰςῄεσαν ἄγγελοι τῆς συμφορᾶς.

Cap. VI, pag. 7. παρὰ πόδας. Cod. Schell. παραπόδας. Formula ex Platone desumta. Cf. Sophist. p. 242. a. Steph. p. 364. Heindf. ibique annott. — Initio capitis retinet codex ὅρκιον Διός, ubi in Ald. exemplo correctum est ὁρκίου, id quod etiam Olearius ut incerti cujusdam conjecturam enotavit.

Cap. VII. p. 8. τρυφῆς τε γὰρ οὐδαμοῦ μᾶλλον. In cod. Sch. exstinctum est οὐδαμοῦ, quod male desideratur.

τῷ τοι. Sic Schell. quoque codex in contextu, in margine ab eâdem manu τό, τοι, quod a pedestri oratione abhorret. Forsitan vero, qui hoc adscripsit, τὸ habuit pro articulo, qui referendus esset ad verba παύσασθε μεθύοντες τῷ ὕδατι, quasi notum legentibus dicterium. Commoveri poterat usu Philostrati, qui τοι, praecedente articulo τὸ et τὰ, admodum solet frequentare. I. 14. p. 16. τό, τοι μνημονικόν. II. 40. p. 92. τό, τοι τῶν καμήλων. I. 30. p. 39. III. 15. p. 105. III. 30. p. 121. Sed praeferendum τῷ, τοι, quo antecedentia juste cum consequentibus contineantur. Vid. Hoogeveen. de Partt. T. II. pag. 1257. VII. Heindorf. ad Platon. Theaet. pag.

414. Add. Aeschyl. Prometh. v. 237. De vocis scripturâ vid. Heyn. ad Iliad. II. 373.

φιλοσοφήσαντι. Cod. Sch. φιλοσοφήσοντι, quod in margine affirmatur adscripto σον.

pag. 9. σοφίᾳ. C. Sch. φιλοσοφίᾳ.

καὶ αὐτός. C. Sch. καὶ Ἀπολλώνιος. Illud ex Olearii conjecturâ; quae an libris omnibus invitis sit probanda, valde dubito.

ἐπὶ τοῦ λόγου. C. Sch. ὑπὸ τ. λ.

Cap. VIII. p. 10. ἡ γῆ αὐτή. C. Sch. ἡ γ. αὐτῷ, illo deterius. Add. ad Olearii annotationem ad h. l. Il. XVII. 254. et Heyn. ad h. l. T. VII. pag. 330. Observatt. Miscellan. Vol. III. T. II. p. 372.

ξυνίεσαν. C. Sch. ξυνήεσαν. Illud Itacismi vitium, quod ex Aldinâ editione in reliquas transiit.

ἡ ἐπί. C. Sch. ἢ ἐπί, ut Ald. et Morell. Mendose.

Cap. IX. p. 11. καὶ ὕδατι ἐπαντλεῖς πηλόν. Vertuntur haec verba: *et aquae lutum superinfundis.* Hamakerus pag. 5. vinolentiae exprobrationem iis contineri contendit, quod, laudato etiam Sophoclis loco apud Etymol. M. v. κάπηλος, dudum monuerat Toupius Emendatt. in Suid. P. I. p. 203. Atque universe quidem probatur nobis haec interpretatio,

cum sensus efficiatur melior, si vocem πηλὸς, quâ potestate Ionibus propriam esse Hesychius prodit, de vino, non de luto accipiamus: quam ita esse a Nostro usurpatam illud nobis persuadet, quod per totum fere hunc Librum Ionicae dialecti et omnino prisci sermonis vestigia offendimus [5]. Omitto Ionicas formas εἶπας, γεγράφαται, easdem illas apud Atticos scriptores obvias. Schaefer. ad Dionys. de Compos. Verb. p. 436. Id. ad Gregor. Corinth. p. 481. 482 et 484. Insigniora tantum delibabo. I. 16. p. 20. occurrit Ionica forma κληϊστὰ, ubi vel Olearius operae pretium habuit Hesychii explicationem apponere. Exposuit de hâc formâ Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 268. p. 223 et 224. qui in Thucyd. II. 17. κλειστὸν pro germanâ scripturâ habet, ubi jam H. Stephanus κλῃστὸν praetulerat formae κληϊστόν. — I. 28. p. 36. cod. Sch. pro κεκτῆσθαι habet ἐκτῆσθαι, quae forma usitatior saltem est apud Ionicos scriptores. Cf. Wessel. ad Herodot. I. 49. pag. 23.

---

5) In causâ est, quod multa a veteribus sumsit Philostratus, abs Herodoto maxime et Ctesiâ. Atque Ctesiam quod attinet, ejus vestigia, cum Philostrateis confusa, in codicibus mscrr. mihi vidisse videor. Sed de hoc scriptore accuratius aget ejusque fragmenta collecta explicataque praestabit nobis Christianus Felix *Baehrius* Sem. Heidelb. philol. sodalis. *Cr.*

W. T. V. p. 54. Schw. Add. Moeris p. 225. Excerpt. ex cod. Parisin. ad calc. Gregor. Corinth. p. 676. Maittaire p. 163. Sturz. Sic I. 21. p. 27. in suo cod. legisse videtur Thomas Mag. p. 522. Bern., cum ad firmandam hanc formam nostrum locum ut exemplum exhibeat. — II. 30. γείναντο, abjecto augmento, quod in Schell. tamen libro additum est. — V. 42. δειρόμενα, ad quod Schaeferus haec annotat in Ind. ad Gregor. Corinth. s. v. „*Vulgo Ionicum dicitur. Sed utitur hâc formâ etiam Philostratus p. 225. cf. Dorvill. ad Charit. p. 306. Amst.*" Add. Maittaire pag. 482. ed. Sturz. — Nec minus Ionicorum imitatorem arguit usus vocabuli ἤθη, de quo diximus supra ad Cap. II. Cognitum enim est, vocem ἤθη ab Homero (Il. VI. 511. Od. XIV. 411.) ad Herodotum aliosque Ionicos scriptores hâc potestate transiisse, ut sit *domicilium, sedes fixa, patria*; qui usus, licet non prorsus alienus sit ab Atticorum oratione, ut Heindorfio videtur ad Platon. Phaedon. pag. 111, rarissimus certe est, ac si ab Aristotele discesseris, alibi vix usquam obvius. Philostratus vero hanc locutionem admodum frequentat. I. 23. p. 29. de piscibus dicitur ἐκβεβηκέναι τοῦ ἤθους. I. 40. ἀπήγοντο τῶν οἰκείων ἠθῶν ὑπὸ τοῦ βρώματος. II. 40. fin. V. 28. p. 308. ἡ δὲ ὀφρὸς ἐπίκειται τῷ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἤθει.

V. Soph. L. I. c. 22. p. 524. πλείστοις ἐνομιλήσας (cod. Palatin. nr. 132. ἐν ὁμιλίᾳ) ἤθεσιν. VII. 19. p. 299. bene Olearius pro ἔθη restituit ἤθη, quam emendationem firmat etiam codex Boisson. A., Schellersh. in vulgatâ persistit. Cf. omnino Boisson. ad H. p. 431. ibiq. laudd. Sic, ut hoc addam, etiam apud Arrianum hâc sententiâ occurrit, qui et ipse Ionum rationi subinde propius accedere videtur. Cf. de Exped. Alex. L. IV. c. 15. §. 9. L. V. c. 20. §. 6. c. 21. §. 2. Indic. cap. 40. §. 4. alibi. Vid. quae de Ionismo apud Atticos scriptores disputavit Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 431 sq. et de Xenophonte in primis pag. 382. ibiq. laud. Critical Review 1803. Vol. XXXVIII. p. 137. 1804. Vol. III. p. 347. — Missis aliis, notanda solummodo videntur prisca illa vocabula στείχειν et πάσασθαι, quorum illud ubivis fere a Nostro et frequentius etiam quam ab ipso Herodoto videtur usurpari. I. 20. p. 24. ἔθνη τε Ἀρμένια καὶ Ἀράβια . . . ὧν καὶ νομάδες οἱ πλεῖστοι στείχουσιν. II. 35. p. 43. φθόνος γὰρ ἐπ' αὐτὸν στείχει. II. 2. pag. 50. τοῦ (sc. Ταύρου) δι' Ἀρμενίας . . . ἐπὶ Παμφύλους . . . στείχοντος. II. 6. II. 32. p. 85. βοῶν πρὸς τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, δι' ὧν ἔστειχον. II. 33. p. 85. γενναίῳ ἀνδρὶ ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ στείχοντι. III. 1. VIII. 15. p.

559. alias. Conf. Budaeus Comm. p. 328 et 329. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 1121. p. 363. Antiquum et singularem hujus verbi usum arguit Dionys. Halic. de Comp. Verb. p. 44. Schaef., ubi in Herodoteo illo loco I. 9. pro *ἐπεὰν δὲ σ τ ε ί χ η ἐπὶ τὴν εὐνὴν* ex Atticorum consuetudine dedit *ὅταν δὲ πορεύηται* *). Alterum, *πάσασθαι*, occurrit V. 7. pag. 193. *καὶ οὐκ ἔξεστι σπουδαίων οὐδὲν, ἢ σκεῦος, ἢ ἀνδράποδον αὐτοῖς π ε π ᾶ σ θ α ι*, ut bene ex Morelli margine recepit Olearius. Cod. Schell. in vulgatâ *πεπρᾶσθαι* adquiescit. Idem II. 39. p. 91. *ὁ πριάμενος δὲ ἀξιοῖ αὐτὸς π ε π ρ ᾶ σ θ α ι, ἃ ἐν τῇ λοιπὸν ἑαυτοῦ γῇ εὗρε*, restituendum est ex cod. A. Boisson. cf. ad Her. pag. 552. *πεπᾶσθαι* requirit etiam praecedens *αὐτὸς*, quod, si de emtione, non de dominio rei quaereretur, frigide redundaret. Sic VII. 26. p. 307. *οἰκίας τε ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν π έ π ρ α ν τ α ι*, ex eodem codice revocandum *π έ π α ν τ α ι*, cf. Boisson. l. l., quod jam viderant duumviri doctissimi Valckenarius ad Herodot. IV. 46. p. 302. et Wesselingius ad eund. I. 199. p. 95. Add. VI. 11. p. 246. *οὓς ἀξιοῦντες θεοὶ τῶν αὐτοῖς ὄντων*

---

*) Est vero illud *στείχω* bis apud Euripidem in Iphig. in Aulid. init., qui locus a Valckenario l. c. laudatis addi potest. *Mr.*

οὐδὲ ἑαυτοὺς ἀπαξιοῦσιν, ὧν ἐκεῖνοι πέπαν-ται, ut ex Urbin. cod. et Morelli marg. Olea-rius reposuit pro πέπαυνται; quod male etiam cod. Schell. retinet; at minus recte explicant vocabulum, a πέπτω, πεπαίνω derivantes, ut sit πέμματα offerre. Nihil est, nisi priscum et rarius verbum pro κεκτῆσθαι usurpatum, quod, et hoc loco adhibito, nemo melius et co-piosius docuit, quam Summus Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. p. 381 et 382. Idem in Animadverss. ad Ammonium III. 7. pag. 187 sqq. — Atque ex hâc Philostrati ratione di-judicanda erit varia cod. Sch. lectio II. 14. p. 66. ubi ille ἀπομήτορες pro ἀμήτορες, sed era-sâ syllabâ πο. Solent enim Iones potissimum, et qui ad illos se applicuerunt, praepositio-nem ἀπὸ pro α privativo usurpare: quod exem-plis abunde docuerunt Koenius et Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 528. 529. Sic infra VII. 5. p. 283. cod. Schell. cum Vatic. et Vratisl. pro ἀτολμότερον habebat ἀποτολμότερον, era-sis nunc itidem literis πο: ubi ἀποτολμότερον recte vindicavit Abreschius ad Cattier. Gazo-phyl. p. 74. — Neque tamen, ut redeam tan-dem, unde sum digressus, de vino duntaxat intelligendum esse videtur vocabulum πηλός, quod vel ab Ionibus scriptoribus, quibus pro-prium illud esse ab Hesychio perhibetur, vix uno alterove loco esse usurpatum probari

queat. Quidni etiam hoc loco οἶνος dixerit Noster, uti cum alibi ubivis, tum in loco simillimo V. 29. οἴνῳ δὲ οἶνον ξυνάπτων? Inest, si quid video, acumen in vocabuli ambiguitate, ut ὕδατι πηλὸν ἐπαντλεῖν proprie quidem temperantiâ spretâ vinolentiae deditum esse significet, deinde sit idem, quod καταθολοῦν τὸν νοῦν *), animum contaminare,

---

*) Cf. I. 8. p. 10. διαθολοῦντα (sc. οἶνον) τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέρα, ibiq. ab Oleario laudd. locos consimiles (De voce θολερὸς vid Ruhnken. ad Tim. p. 142 sq. 6). Sic ibidem παχύνουσας (βρώσεις) τὸν νοῦν.

6) Alios Platonicorum eam in rem locos laudavi ad Proclum de Unit. et Pulcrit. p 95. Hic attingam verbum δολοῦν, quod item de vino usurpatur, vel potius de his exponentis proferam Valckenarii verba in notis mscrr. ad epistol. prior. Corinth. V. 6. « Verbum rarius δολόω significat miscendo corrum- « pere — δολοῦν τὸν οἶνον vinum miscendo corrum- « pere. Schol. Aristoph. ad Plut. vs. 435. explicat « per κακύνειν cf. Hemsterhusium (In scholiastâ est: « ἀπὸ τοῦ κακύνειν, ὅ ἐστι δολοῦν, τὸν πηλὸν, ἤτοι « τὸν οἶνον δολοῦν), igitur significat etiam dolo ca- « pere, quo sensu recte verbum Xenophonti restituit « cl. Bos cap. 2. Observatt. critt. (Tu vide Cyrop. I. 6. 28. ibiq. Schneider. conf. Valckenar. ad Herodot. I. 212. itemque Schweighaeuserum.) Nostro « in loco, si vera est ista scriptio δολοῖ, prior obti- « net et usitata vis corrumpendi. ἄδολον sincerum « dicitur et incorruptum. ἄδολος οἶνος. Figurate ad- « hibuit Eustath. ad Hom. Il. B. p. 177. Paulus ut « ostendat hominem nequam et perditum ex aliorum

« medio

polluere, conspurcare. Habet igitur vocabulum πηλὸς eodem in loco et luti et vini sig-

---

νοῦν. Cf. Aelian. V. H. XIII. 15. p. 227. φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν. ibiq. a Perizonio laud. Jesaias VI. 10. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία του λαοῦ τούτου. Plura, ex Latinis quoque scriptoribus, dabit Wetsten. ad Matth. XIII. 15. T. I. p. 401. quibus add. quae *Schleusnerus* posuit in Lexico N. T. II. p. 472. No. 2. Idem vocabulum ad orationem inelegantem traductum a rhetoribus. *Ernesti* Lexicon Technolog. Graecc. rhetor. p. 251 sq. Unde *Sextus Empir.* adv. Grammatt. L. I. c. 3. s. 70. p. 231. πῶς δὲ οὐκ ὄντως γραμματικῆς παχύτητος, τὸ ἐν ἀπείρῳ πλήθει λέγειν πλεῖστα; ubi cf. Fabric. Familiaria sunt apud Nostrum παχέως ἑστιᾶν I. 21. p. 27. παχεῖα τράπεζα et παχέως διαιτᾶσθαι III. 26. p. 117. V. 20. extr. ἀναπίμπλασθαι τοὺς θεοὺς, cui loco male ab interpretibus intellecto primus lucem attulit Wyttenbachius in Epist. crit. p. 60

«medio esse removendum, paulum, inquit, fermen-«ti totam massam δολοῖ, corrumpit. (Sic hunc locum legit etiam Oudendorp. ad Thom. Magistr. p. 903.) «Proprie dicitur δολουν τὸν οἶνον alterius generis li-«quore admixto vim vini frangere. Paulus 2. Co-«rinth. IV. 2. scripsit δολοῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ «doctrinis adulterinis admixtis adulterare et corrum-«pere Christianae religionis simplicitatem. Quan-«doquidem autem cauponae vinum corrumpentes di-«cebantur κάπηλοι, in eundem sensum scripsit Pau-«lus καπηλεύειν τὸν λόγον 2. Corinth. II. 17.» (Caeterum cf. Borger. ad Pauli epist. ad Galat. V. 9. p. 72 sq. p. 335.) *Cr.*

nificationem. Quae eadem ratio in Hebraico quoque sermone obtinet, ubi חֶמֶר *vinum* et חֹמֶר *lutum*, *argilla* ab eâdem radice חָמַר *aestuavit*, *ferbuit*, descendunt. Inde Bacchus χθόνιος dicebatur a Graecis, Procl. Comment. in Platonis Tim. p. 280, quem locum exhibuit Creuzerus in Dionyso p. 299 et 300. Ipsi attribuuntur crateres ex luto, nymphis aquariis ex lapide confecti. Porphyr. de A. N. cap. 13. p. 14. ed. Goens.: *Σύμβολα δὴ ἔστω ὑδριάδων νυμφῶν οἱ λίθινοι κρατῆρες καὶ οἱ ἀμφιφορεῖς. Διονύσῳ μὲν γὰρ σύμβολα ταῦτα* (forsitan leg.

---

60 et 61. p. 275. ed. Lips. Quod egregie ibi vir summus conjecit, *ἀναιδείας* pro *ἀνανδρίας*, velim id a nostro codice confirmatum videre. Sed ille vulgatam retinet. *Ἀναπίμπλασθαι* eodem modo usurpatur Thucydidi II. 51. *ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι*, Plutarcho in Lycurg. cap. VI. *ὅπως* (sc. *ἡ πόλις*) *ἠθῶν οὐκ ἀναπλησθήσεται πονηρῶν, ἢ σωμάτων νοσηρῶν ἔξωθεν ἐπεισιόντων*: ubi notandum singulare illud *ὅπως οὐκ*. Conf. Agesilaus c. 11. c. f. Hoogeveen. de Partt. T. II. p. 855. VII. Aliâ, sed simili significatione Herodoto ex codd. vindicavit Jacob. Gronovius IX. 87. *νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη πλείω μὴ ἀναπλήσῃ*: quem conf. in nott. p. 170. pag. 541. 27. Wess. Junge Schweighaeuseri V. C. annotatiunculam ad h. l. T. VI. p. 293. Usum hunc verbi *ἀναπλῆσαι* attigit etiam Bast. Lettre critique p. 100: accuratius de eo egit suo more Ruhnkenius

ταὐτά), ἀλλ' ὄντα κεράμεα, τοῦτ' ἔστιν ἐκ γῆς ὠπτημένης· ταῦτα γὰρ φίλα τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ δωρεᾷ τῆς ἀμπέλου κ. τ. λ. Huc rursus pertinet Philostrati locus II. 27. p. 90, ubi de sobriis νυμφόληπτοι . . . καὶ βάκχοι τοῦ νήφειν. Cf. omnino Creuzerus ad Plotin. de Pulcritud. p. 261. 262. et praecipue ibi laud. Nili Ascetae Παράδεισος v. 248 sqq., cujus tetrastichon, cum appositum ad nostrum locum videatur esse, integrum transscribam:

Εἴδωλον καὶ ἀνὴρ ἐπιδεικτικὸς εἰς ἓν ἴασιν·
Κεῖτο πυλυχρύσοις σχήμασι κόσμον ἔχον,

---

ad Tim. p. 31. qui et Thucydidis locum, ut video, jam occupaverat. Conf. *Creuzer.* ad Plotin. p. 266. De ἐμπίμπλασθαι nonnulla dedit *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 213. — Contra II. 37. p. 90. qui vino arcentur, dicuntur διαλαμπούσῃ τῇ ψυχῇ τῶν λόγων σπᾶσαι. Revocandus huc est alius locus maxime memorabilis VI. 11. p. 242. οἴνου δὲ ἐκλελῆσθαι, καὶ τὸν σοφίας μὴ ἐπιθολοῦν κρατῆρα, coll. IV. 24. p. 162. λόγων τε κρατῆρες ἵσταντο καὶ ἠρύοντο αὐτῶν οἱ διψῶντες, quem locum attigerunt Creuzerus in Dionyso p. 266. et Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 964. iis, qui plura de hâc re cognoscere discupiant, omnino adeundi. — Cum hâc locutione continetur alia, non minus frequentata: ἑστιᾶσθαι λόγων, ἑστίασις λ., ἑστιάτωρ τοῦ λόγου apud Nostrnm VI. 10. p. 238. Cf. Wyttenb. l. l. Heindorf. ad Lysin p. 22. Ast. ad Phaedr. p. 221. et Sturz. in Lex. Xenophont. T. II. p. 375.

Πίσσης καὶ πηλοῦ γέμει ἔνδοθεν· ὧδε καὶ οὗτος·
ἐκτὸς ἐὼν ἱερός; οὐ τοῖος ἄρ' ἐστιν ἔσω *)

Nec minus nobis est attendendum ad verbum *ἐπαντλεῖν*, quod et ipsum significantius a Nostro usurpatur. II. 36. p. 88. *τὰ πινόμενα, μᾶλλον δὲ τὰ ἐπαντλούμενα τῇ ψυχῇ καὶ σώματι.* VI. 12. p. 250. *Θεσπεσίωνι δὲ ... μὴ ἂν ἐπαντλῆσαι τοὺς ἐκεῖθεν λόγους*, ubi Boisson. ad Her. p. 553. *ἐπαντλήσαιμι* suspicatur. Cod Schellersh. Infinitivum retinet, nec est, quod corrigamus. Vid. quae de Atticorum hoc usu nuper monuit Zell. in Aristot. Ethic. pag. 101. in Creuzeri Meletemm. P. II. De dictione *λόγους ἐπαντλεῖν* cf. Stephanus Thes. T. I. p. 468. Budaeus Comment. L. Gr. p. 861. — VI. 36. *ἀλλ' ἐπαντλεῖν χρὴ τῶν ὄντων καὶ προβάλλειν αὐτοῖς τὸ χρυσίον, ὥςπερ τὰ μειλίγματα τοῖς κυσί.* VIII. 7. S. 1. pag. 328. extr. *κακοῖς .... ἐπαντλοῦντες κακά.* — Voce *ἀπαντλεῖν* idem usus est eâdem in causâ VII. 23. p. 304. quem locum, adhibito quoque Scholiastâ, accuratius tractavit Creuzerus ad Plotin. de Pulcr. p. 259 et 260. De *κατ-*

---

*) Ita, Morelli editione destitutus, exhibui locum ex codd. Bernensi ac Darmstadino. Ultimum versum sic restituere conatus est beatus Werferus noster:

ἱερὸς ἔκτὸς ἐὼν οὐ τοῖός ἐστιν ἔσω.

αντλεῖν eâdem fere significatione vid. Ast. ad Platon. Rempubl. p. 372 sq. ac de ἐπαντλεῖν et καταντλεῖν Morus in Libell. Animadv. ad Longin p. 34 sq. quem laudavit Kuehn. in Ind. ad Aelian. s. v. ἐπαντλεῖν. Add. *Joseph.* A. J. VIII. 4. 1. p. 428. Haverc. σπονδαῖς τε καὶ πολλῶν ἱερείων αἵματι τὴν ὁδὸν καταντλοῦντες. Idem B. J. IV. 9. 10. p. 305.

τὰ σοφὰ σοφῶς ἑρμηνεύσας. C. Schell. σαφῶς, ut ex Ald. Morellus dederat. Illud tacite reposuit Olearius. Sed σαφῶς omnino revocandum, quippe oppositum antecedentibus οὐκ εὐξύνετά που λέγων οὐδὲ δῆλα. Earundem vocum permutatio in Luciano quoque occurrit T. III. pag. 292 et 328. Bip., ubi recte nunc σαφῶς est receptum. Vid. etiam Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. v. 1076. pag. 280. 2. A.

Cap. X. καὶ τὰ μὲν δέροντας. Cod. Sch. cum prioribus editt. omittit καί.

εἰ πρόσοιτο αὐτόν. C. Sch. εἰ πρόσειτο, ex usu Graecorum communi. Atticam illam formam πρόσοιτο solam attulit H. Steph. in App. ad Thes. p. 187. Cf. Matth. Gramm. Gr. §. 208. not. 2. — Est autem προσίεσθαι, quod hâc passivâ formâ frequenter, activâ rarius usurpatur, *admittere*, *comprobare*. Vid. Budaeus Comm. p. 770. Stephan. Thes. T. I. p.

Occurrit hoc significatu infra II. 34. προσίεσθαι αὐτὰ τοῦ νόμου ἕνεκεν: item ap. Aelian. V. H. III. 19. pag. 190. ἅπερ ... ὁ Πλάτων οὐ προσίετο τὸν ἄνδρα. Plutarch. in Phocion. cap. 9. pag. 95. Schaef. κατα αὐτὸν οὐ προςιεμένων, οὐδὲ ὑπομε... ἀκούειν. Id. in Cat. Min. cap. 5. fin. Dio Cassius XLVI. 12. p. 457. LIX. 3. p. 903. ... et passim Joseph. B. J. I. 11. 5. p. 79. H. βίον πλείω, ἤ. Cod. Sch. βίον, πλείω ἤ, nullâ ad sensum differentiâ.

καὶ κεχρημένος οὐκ ἐπὶ χρηστοῖς τῷ πάθει. Notanda Philostrati consuetudo, quâ quod affirmando sit proferendum, id negando saepissime proferat, negandique particulam ab eo vocabulo, cui sit jungenda, aliâ voce interjectâ, ut plurimum sejungat. Hoc ipso capite pag. 12. ξυνῆν τε οὐδ' ὡς λαθεῖν, aperte. I. 38. p. 47. πόλεμον οὐδ' ὑπὲρ μεγάλων αἱρεσθαι. Sic IV. 46. τὰς δὲ οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἐπισταλὰς ἐάσαντες. III. 33. p. 124. τὴν ξυνουσίαν . . . τὴν πρὸς σὲ μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἑαυτοῦ ἐσομένην. VII. 23. p. 303. VIII. 5. p. 325. ἠρώτησεν οὐ κατὰ τὴν ἁπάντων δόξαν, contra omnium exspectationem. Cum his componendi sunt ejusmodi loci, ut IV. 2. f. οὐκ ἠξίου ...ιορᾶν ταῦτα, et III. 57. pr. ἄξιον δὲ μηδὲ ...ελθεῖν, quae formula ejusque consimiles crebrius occurrunt. — Conf. Gregor. Co-

rinth. pag. 98 et 99. ibique Koen. et Schaeferus.

Cap. XI. pag. 12. *οὐδὲ τὰ αὐτῶν ἴσασιν.* C. Sch. *ἑαυτῶν*, et sic passim pronomen reflexivum, ubi editiones vitiose exhibent personale. Lectionis varietatem, sicubi reccurrat, enotabo. Olearius h. l., quamquam codd. Romani *ἑαυτῶν* suppeditabant, retinere maluit *αὐτῶν*, promiscue haec usurpari usu esse receptum contendens. Idem monuit I. 15. not. 6, ipse sibi contradicens, cum ibidem not. 27. librariis deberi spiritus permutationem in *αὐτῶν* et *αὑτῶν* statuerit: itaque hoc vitium per Philostrati opera saepissime obvium, ne tum quidem, cum codd. pronomen reflexivum exhiberent, emendavit; inveterato errore, cui adstipulantur etiam Guyet. ad Lucian. T. II. p. 282. Bip. Menag. ad Diogen. Laert. II. 13. p. 79. In causâ fuit haec res, cur et librarii et editores haec pronomina temere inter se permutantes, permultos locos corrumperent. Bene de hoc vitio cavendo praeceperunt Solanus ad Lucian. T. I. p. 257. Reitz. T. III. p. 484. Bip. et Cel. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. pag. 186, cujus ipsa verba apponam: „In *αὐτοῦ* et *αὑτοῦ*, *αὐτῷ* et *αὑ-* „*τῷ*, *αὐτὸν* et *αὑτὸν*, item in iisdem Casibus „Pluralis Numeri, quanquam Veteres, certe

„librarii, turbarunt, a nobis, profecto, di- „stinguenda sunt. Consulatur Steph. Thes. „L. Gr. T. I. p. 603. Dorvill. ad Charit. pag. „43. 483. et qui ab eo citantur p. 328." (p. 495. et 613. ed. Lips.) Add. quae ex Plutarcho aliisque hujus confusionis exempla protulit Moserus V. D. in Lectt. Plutarch. Specim. p. 44. not. in Creuzeri Meletematt. P. II. — Quibus pauca, quae ad Nostrum pertineant, adjiciam. V. 29. pag. 212. ἐνθυμουμένῳ τὸν Κλαύδιον, ὑφ' οἵου καθάρματος τὸ μέγιστον τῶν ἑαυτοῦ ἐκληρονομήθη, Olearius vertit: *Claudii recordato, quantumque monstrum ejus, quod praestantissimum habuit, reliquerit heredem;* ad verba parum accurate. Legendum procul dubio τῶν αὐτοῦ et sic fere vertendum: *quantumque monstrum, quod praestantissimum ille habuit, hereditatis jure acceperit.* Item αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ fortasse restituendum erit VIII. 7. s. 6. extr. καὶ τί φῶ τὸν Ἐμπεδοκλέα; πότερ' ἑαυτοῦ ἢ τὴν τῶν ἐπ' αὐτοῦ ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν ἄγειν, παρ' οἷς οὐκ ἐσυκοφαντεῖτο ταῦτα; Caeterum hîc tenendum est verbum ἄγειν *habere, existimare*, quod adj. Heindorfii notae ad Plat. Theaet. pag. 384, cui exempla deerant, quibus hanc potestatem firmaret. Usurpavit sic etiam Xenophon in Agesil. cap. XI. §. 6. Ex Patribus aliquot exempla protulit Suicerus in

Thes. ecclesiast. I. p. 72. b. — VII. 28. pag. 309. παριὼν ἐς τὸ τοῦ Πολυφήμου ἄντρον . . . ἐθάῤῥησέ τε αὐτὸν . . . καὶ ἀπῆλθε τοῦ ἄντρου ἀνὴρ δόξας. Vertit Olearius, Morellum secutus: *se ipsum* confirmavit. Omnino ex cod. Schell. reponendum αὐτὸν, ut sit: *non timuit illum.* Sic etiam ex ingenio jam correxisse video Boissonadium ad H. p. 364. et firmat hanc rationem Scholiasta ad h. l., qui ἐθάῤῥησε interpretatur καταφρονητικῶς εἶχεν. De hoc verbo ita usurpato vid. Budaeus Comment. L. Gr. p. 1060. Jacobs. V. C. in Add. Animadverss. ad Athen. p. 224. — Contra VII. 3. p. 281. not. 5. αὑτοῦ scribendum pro αὐτοῦ licet nostro quoque codice refragante. V. Abresch. ad Cattier. p. 97. — Paullo ante ἤρετο τὸν ἱερέα οὑτοσὶ in Ald. exempl. ex οὑτοσὶ correctum est οὑτωσί, quod omnino accipiendum videtur.

τἀγαθά. C. Sch. τὰ ἀγαθά.

ὃν μὲν ἂν ὑγιᾶ . . . εὕρωσι. C. Schell. ἂν omittit. At II. 13. eâdem fere in causâ exhibet ἂν, ubi abest ab editis. Conf. Matthiae Gramm. Gr. §. 527. not. 2. Dissen. V. D. Disquisitt. philologg. Spec. I. p. 18 et 19. Werfer. ad Herodot. p. 256. in Actt. Philoll. Monacc. T. I. Fasc. II. 7)

---

7) Exemplis a Matthiâ in contrariam partem lau-

τὰ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν τε καὶ Σάρδων. Cod. Sch. τὰ ἀπὸ — Ἰνδῶν τε καὶ Σαρδόνων, articulo, ut videtur, exstincto. Illud Σάρδων est Olearii conjectura, quam recipere sine librorum suffragio valde dubitaverim.

pag. 13. ἐν ἐφήβῳ ἔτι. C. Sch. ἐν ἐφήβῳ
ει
ἔτι. Suprascriptum ει sciolo videtur deberi, qui voluit fortasse ἐν ἐφηβείῳ ἔτει. Caeterum in libris mscrr. sic satis frequens est confusio vocularum ἔτι, ἔτει, ἔτη. Conf. Pierson. ad Moer. p. 112.

Cap. XII. Κἀκεῖνα τῆς ἐν Αἰγαῖς διατριβῆς. Recte haec verba, quae Morellus ad caput praecedens traxerat, huc transposita sunt ab Oleario. Nam ἐκεῖνο, ἐκεῖθεν et similia ad ea plerumque, quae sequuntur, sunt referenda. v. c. II. 15. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν εἰπέ. IV. 32. pr. διωρθοῦτο δὲ κἀκεῖνο Ἀθήνησιν. IV. 33. pr. κἀκεῖνο τῶν ἐν Λακεδαίμονι. IV. 40. p. 181. βουλοίμην δ' ἄν σε κἀκεῖνο περὶ ἐμοῦ εἰδέναι. IV. 45. κἀκεῖνο Ἀπολλωνίου θαῦμα. I.

---

datis adjice Odyss. Τ. 188, ubi proxime praecesserat indicativus. Platonis locum de Republ. VIII. 10. p. 243. in corrigendis ita refinxit Astius, ut pro ὅς ἂν αὐτὸν ἀρέσκοι τρόπος conjunctivum ἀρέσκῃ rescriberet; nimirum meliora edoctus a Matthiâ l. l., cujus viri mentionem omittere non debebat Astius. *Cr.*

1. pag. 2. περί τε φύσεως ἐκεῖθεν λέγειν. Vid. Wolf. V. C. ad Demosth. Lept. p. 282.

τῆς τοῦ Ἀπολλωνίου ὥρας. Cod. Sch. τοῦ omittit.

συστήσοντος, εἰ, εἶπεν, χρηστὸς εἶ. C. Sch. συστήσοντος εἶπεν εἰ χρηστὸς εἶ.

σοί γε πρότερον. C. Sch. σ. γ. προτέρῳ. Vix quidquam interest.

ὁ, ἦ δ' ὅς. Sana haec lectio, quam ex unico tantum Vratisl. codice restituit Olearius, Schellersh. codice firmatur. Morelli emendationem vel immutationem potius ὁ δ' ὡς reperio etiam in Ald. exemplo, ubi pro ὃς in marg. appositum ὡς. Quâ datâ occasione corrigam alium locum VI. 17. pag. 254. ubi Olearius ex suis libris edidit: διαλεγώμεθα, ἦ-δ' ὁ Νεῖλος, καὶ ὅ,τι βούλει αἴτει. Editi habebant: ἦδ' ὃς Νεῖλος. Suspicatur tamen, veram lectionem fuisse ἦ δ' ὅς, et ex voce Νεῖλος, margini adscriptâ, monstrosam illam editorum lectionem coaluisse. Sed poterat hoc vulnus lenissimâ mutatione persanari, observatâ Platonis consuetudine, a quo ad omnem ambiguitatem evitandam in formulâ istâ dicentis nomen subinde addi solet. Conf. Charmid. p. 161. c. Steph. p. 78. Heindf. ibiq. laud. Phaedon. p. 70. b. (p. 64. Hdf.) ἦ δ' ὃς ὁ Σωκράτης. p. 95. a. (p. 167. Hdf.) Add. p. 86. e. (p. 134. Hdf.) ἦ δ' ὃς ὁ Κέβης. p. 73. b. (p. 76.

Hdf.) ἦ δ' ὅς ὁ Σιμμίας. Republ. L. I. sub init. p. 327. Steph. p. 2. Ast. V. p. 450. p. 132. Ast. VIII. p. 549. p. 234. Ast. Interdum etiam anteponitur nomen, ut in Charmide p. 176. a. p. 116. Hdf. καὶ ὁ Χαρμίδης, ἀλλὰ μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, ἔγωγε . . . οὐκ οἶδα. Republ. init. pag. 328. Steph. p. 4. Ast. καὶ ὁ 'Αδείμαντος, ἆρά γε, ἦδ' ὅς, οὐδ' ἴστε κ. τ. λ. Apud Nostrum igitur Platonici sermonis studiosissimum unice est verum; quod cod. Schellersh. diserte exhibet: ἦ δ' ὅς ὁ Νεῖλος. Sic etiam infra VI. 26. p. 305. προςδῶμεν, ἦ δ' ὅς ὁ Δάμις, ἐοίκασι γὰρ δεομένοις. Qui usus nec ab aliis posterioris aetatis scriptoribus plane est alienus. Cf. v. c. Dio Cass. LV. 16. p. 788. Λέγ' ἦ δ' ὅς, ὁ Αὔγουστος, ὅτι δήποτε τοῦτό ἐστιν, ubi ὁ Αὔγουστος, quod omnes codices retinent, male ab editore rejectum uncinis includitur. Bene caeteroquin de hoc usu monuit Koenius ad Gregor. Corinth. p. 144. Schaef. Ubi vero ex nostro aliisque locis Philostrateis, eâdem forsitan ratione corruptis (Addere poterat V. A. V. 32. pr. ἦ δ' ὃ Δίων, nec Schellersh. cod. dissentiente), singularem hunc esse Philostrati usum studuit efficere, quod ὅς in hâc formulâ ab eo omitteretur, hoc ad editorum fidem, quos in ejusmodi rebus omnino negligentius versatos deprehendimus, vix ita simpliciter et pro certo cum illo pronuntiaverim.

Standum est a codd. auctoritate, quos donec optimos ipse inspexero, dubitationis certe aliquid mihi semper remanebit.

ἔλεγε δὲ ταῦτα, ὑποθρύπτων ἑαυτὸν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑγραίνων [8]*, καὶ τί γὰρ οὐ λέγων τῶν οὕτως ἀσελγῶν τε καὶ ἐπιῤῥήτων.* Illud *οὐ λέγων* ex uno Vatican. codice dedit Olearius; cod. Sch. cum prioribus editt. exhibet *τί γὰρ οὐκ ἐλάττων*: quod equidem praetulerim. Patrocinatur Scholiasta ad h. l., quem conf., et ratio orationisque contextus. Ne *οὕτως*, quod Oleario scrupulum injecit, nos quidquam remoretur, pendere hanc particulam cogitemus a praecedentibus *ὑποθρύπτων* et *ὑγραίνων*; *λέγων* vero ob proxime antecedens *ἔλεγε* et superfluum et huic loco parum esse accommodatum videtur. Etenim noluit homo delicatulus multis uti verborum ambagibus, sed pudore eum, ne, quae fieri sibi vellet, aperte proferret, retinente, vultu tantum et lascivo corporis habitu illa significavit.

---

8) Etsi Olearius ad Lexicographos Graecos lectorem amandavit: recte tamen postea quoque viri docti hanc locutionem exemplorum copiâ illustrarunt. Et possunt esse etiam ebriosorum hominum *ὀφθαλμοὶ ὑγροί*. qui h. l. sunt libidinosi. Vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. II. p. 101. Reitz. et Bosium ad Lucian. Vol. VI. p. 383. Bip. Fischer ad Anacreont. Od. XXVIII. 21. et Jacobs. ad Antholog. Gr. Commentar. Vol. I. p. 2. p. 96. *Cr.*

Cum tamen insolentior sit illa structura vocis *ἐλάττων* cum casu quarto, vide, annon legendum sit: *τί γὰρ οὐ πράττων;* sive, quod ad literarum ductus propius accedit, *τί γὰρ οὐ πλάττων;* Quae vero quam incerta sint, ipse intelligo.

pag. 14. *ταυρηδὸν ὑποβλέψας αὐτόν.* Notanda Platonica dictio. Cf. Phaedon. p. 117. b. Steph. p. 96. Wyttenb. p. 261. Heindf. ibiq. laud. Aristoph. Ran. v. 804. Dudum de eâ disputavit Wyttenbachius in Epist. crit. p. 46. p. 263. ed. Lips., nostro quoque loco et altero in Heroicis adhibito p. 701. p. 120. Boisson., qui et ipse conferendus p. 499. Orta autem esse haec locutio inde videtur, quod *ταῦρος* omnino ferocitatis significationem habet, uti apud Diogen. Laert. L. II. S. 126. p. 153, ubi consulendus Menagius in Observatt. T. II. p. 129. — Quod continuo sequitur, *ὦ κάθαρμα,* est convicium, oratoribus praecipue Atticis usurpatum, unde sumsit, qui inprimis eo delectatus est, Lucianus; ex quo aliisque scriptoribus exempla plurima suppeditabit Wetstenius ad Epist. prior. ad Corinth. IV. 13. T. II. p. 114 et 115. Ex Nostro adde IV. 30. p. 170. V. 7. p. 193. V. 23. V. 29. p. 212.

τρίτη δὲ ἄρα ἦν. Cod. Schell. *τρίτη δὲ ἦν ἄρα.*

Cap. XIII. πρὸς αὐτόν τινος, ut Ald. et Morell. C. Sch. τινος πρὸς αὐτόν.

προςήκει αὐτῷ. C. Sch. πρ. αὐτὸν, sed rasura arguit fuisse αὐτῷ. Accusativus ab hoc loco prorsus est alienus; neque Olearius eum probasset, si perpendisset, quae jam monuerat de hâc re H. Stephanus in Thes. T. I. p. 1692.

pag. 15. λοιπὸν δὲ σὺ ἐμοὶ καὶ σοὶ δήπου ἐγώ. Non aliter cod. Sch. Suspicabatur Olearius, legendum esse λοιπὸν δὲ, quod et Rhinuccio visum esset et Morello vertentibus: *Tu mihi relictus es et ego tibi.* Ad sensum vix quidquam interest. Sed ne cogitandum quidem esse de ullâ emendatione, facile fiet conspicuum, ubi alios Philostrati locos cum hoc ipso contulerimus. Valde enim ille frequentare solet λοιπὸν adverbii loco, ut sit *in posterum*, *deinceps*, *ex hoc inde tempore*, interdum etiam *praeterea*. I. 16. p. 20. ἱκανῶς τῆς τοιαύτης ξυνουσίας ἔχων, ἐπὶ τὴν διάλεξιν ἀνίστατο λ ο ι π ὸ ν τὴν ἐς πάντας. I. 31. extr. θύε λ ο ι π ὸ ν, ὦ βασιλεῦ, κατὰ τὰ σαυτοῦ πάτρια, ubi non incommode Olearius: *perge sacra peragere.* I. 41. ἐπεὶ δὲ ἀπαλλάττεσθαι λ ο ι π ὸ ν ἐδόκει. II. 2. p. 50. τὸ δὲ . . . λεγόμενον . . . χρόνῳ ἀπιστηθὲν, πιστοῦνται λ ο ι π ὸ ν αἱ παρδάλεις κ. τ. λ. De χρόνῳ vid. Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 56 et 57. II.

20. p. 72. τὸν Πῶρον ἀνακτᾶται τετρωμένον, καὶ δωρεῖται τὴν Ἰνδικὴν, ἑαυτοῦ λοιπὸν οὖσαν. II. 39. pag. 91. ἐν τῇ λοιπὸν ἑαυτοῦ γῇ. Add. II. 40. pag. 92. III. 10. pag. 32. bis. IV. 16. pag. 154. V. 11. 34. 35. fin. VIII. 8. 16. fin. alibi, ubi, si plane omissum esset, non admodum desideraremus. Cf. Dorville ad Charit, p. 309 sq. Amst. p. 387. Lips. et quae hujus usus exempla protulit Schaeferus ad Longum p. 400. quibus add. Joseph. A. J. VII. 4. 2. p. 373. Haverk. Alii eâdem in causâ articulum addunt. Thucyd. I. 56. locus a Zeunio laudatus ad Viger. p. 22. Diod. Sic. XIV. 26. T. I. p. 661. Wess. διὸ καὶ μεγάλαις αὐτὸν τιμήσας δωρεαῖς . . . τὸ λοιπὸν διετέλει πιστότατον ἔχων αὐτὸν φίλον: ubi non *de reliquo* cum interpretibus verterim, sed potius *in posterum.* Atque illa ipsa singularis fere Philostrati ratio me movet, ut Icon. Lib. I. c. XXV. pag. 800. Πάκτωλος δὲ ἄνθη λοιπὸν, ubi Hamakerus p. 32 et 33. ἄνθη λίθαν conjecit, nisi librorum auctoritas accesserit, omnino retinendum censeam. — Ut ad nostrum locum revertar, erit ille sic fere de verbo interpretandus: *Posthac autem tu mihi et tibi nimirum ego;* sc. superstes sum.

ἐτράπετο. C. Sch. ἐτέτραπτο. Male.

ἀγέλαις τε καὶ μήλοις. C. Sch. ἀγ. τε καὶ καμήλοις.

ὑπερβαλλόμενος. Cod. Sch. ὑπερβαλόμενος (sic).

p. 16. λυττῶντα. C. Sch. ut priores editt. τὸν λυττ. Cur omiserit articulum Olearius, equidem non perspicio.

ἐφοίτησε ποτ' ἐς. Cod. Sch. ἐφοίτησέ ποτε εἰς: atque hoc εἰς pro ἐς per totum codicem semper fere recurrit. Quocirca in posterum non amplius notabo.

πρὸς τὸν Ἀπολλώνιον. Male abest articulus a cod. Sch. — Ad verba σοφίαν καπηλεύειν, quae statim subsequuntur, sufficiat laudasse unum Schleusnerum in Lex. N. T. T. I, p. 1143, ubi aliorum, qui de hâc locutione exposuerunt, loci diligenter omnes indicati reperiuntur.

Cap. XIV. pag. 17. τὸ γὰρ φιλαίτερόν τε καὶ τὸ εὐμενὲς εἶχε. Cod. Sch. cum Ald. et Morell. φιλαίτερόν τε εἶχε κ. τ. εὐμ., meliori verborum ordine. Vellem haberet etiam φιλέταιρον, ut bene correxit Jacobsius in Addit. Animadverss. in Athen. pag. 283, quodque Boissonadii codex confirmat. Vid. ad Her. pag. 635.

αὐτῷ. C. Sch. vitiose αὐτῷ: uti mox ὅλον pro ὅλῳν.

Cap. XV. Διέτριψε δέ. C. Sch. διέτριψέ τε,

τὸ μὲν ἐν Παμφύλοις, τὸ δὲ κ. τ. λ. Cod. Sch. *τοὺς μὲν ἐν Π.*, *τὸν δὲ*, sed rasura arguit fuisse antea *τοὺς δέ.*

αὐτῶν ἐπιλαμβάνονται. Scr. *αὑτῶν.* Vid. ad cap. XI. Verbum h. l. recte interpretatus est Olearius, non item VI. 20. p 260. p. m. *καὶ γὰρ ἂν καὶ τῆς Ἐλευσῖνι τελετῆς ἐπιλαβοίμεθα*, *si enim animum etiam advertamus Eleusiniis mysteriis*, ubi reprehendendi sive exprobrandi verbo erat utendum. Vid Wetsten. ad Luc. XX. 20. T. I. p. 793. Fischer. ad Aeschin. Reliqu. pag. 172. Solanus ad Lucian. T. I. p. 272. Bip. Heindorf. ad Platonis Gorg. p. 77. et Schleusner. in Lex. N. T. I. p. 881. et quae, nec nostri loci immemor, multo doctius et accuratius de hoc usu disputavit Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 186. Frequentius Noster simplici *λαμβάνεσθαι* est usus. I. 21. p. 27. IV. 22. p. 160. VII. 22. p. 500. — Quodsi in iis, quae statim sequuntur, erudit. Goellerus Obss. in Thucydid. pag. 247. in Actt. Philologg. Monacc. T. II. Fasc. II. *ὀργαὶ* peculiari significatione tumultus civitatis, fame afflictae, usurpatum dicit, non *ὀργαὶ* ibi legitur, sed *ὀργή*; nec equidem video, cur singularem vocis potestatem statuamus, ubi in vulgatâ possumus adquiescere 9).

---

9) Caeterum ad *λιμῷ πεπιεσμένην πόλιν* verbo

p. 18. *κατ' ἄλλο ἄλλος*. C. Sch. malâ inversione *κατ' ἄλλος ἄλλο*.

μικροῦ μὲν ἐδέησε. C. Sch. *μικρόν*.

παθόν τι, operarum vitio, quod cum pluribus aliis ex Morelli editione recepit Olearius. C. Sch. *παθών τι*, ut correctum jam est in exemplo Ald. et a Boissonad. ad Her. p. 432.

p. *αὐτῶν αὐτήν*. C. Sch. *αὐτὴν αὐτῶν*, ut priores editt. In exemplo Ald. bene correct. *αὑτῶν*.

εἰ μὴ παύσεσθε, οὐκ ἐάσω κ. τ. λ. C. Sch. *εἰ μὴ παύσαισθε*. Facile suspicari quis possit, praeferendam esse hanc lectionem, quandoquidem constructio illa cum Optativo in pro-

---

monebo: latius patens vocabulum h. l. optimorum scriptorum more ad famis et penuriae significationem revocari. Vid. Casaub. ad Theophrast. Character. II. p. 145. Fischeri. Valcken. ad Evang. Luc. VI. 38, quae in Etymolog. L. Gr. transfudit Scheidius p. 678. ed. alt. Schweigh. Lex. Polyb. p. 476. et praecipue Sturz. Lex. Xenophont. III. 540, ubi quatuor loci nostro simillimi leguntur *). [Add. Dio Cass. XLI. 40. p. 228. et XLVIII. 7. p. 532. Reim.] Aliter eam rem binis locis expressit Herodotus I. 22. et 94. De verbi *πιέζεσθαι* formis apud poëtas ceterosque scriptores exposuit Eustath. ad Odyss. XII. p. 472. Basil. *Cr*.

*) Item apud Diodor. Sic. I. 84. T. I. p. 94. Wess. *λιμῷ γάρ ποτε πιεζομένων τῶν κατ' Αἴγυπτον, φασὶ πολλοὺς ἀλλήλων ἅψασθαι*. III. 70. p. 239. W. *λέγεται . . . τὸν Ἄμμωνα σιτοδείᾳ πιεζόμενον φυγεῖν εἰς Κρήτην*. *Br*.

tasi, sequente Futuro in apodosi, a nullo alio scriptore tam frequentatur quam Philostrato. I. 21. p. 26. *τοῦ δὲ βασιῶ σε εἰπόντος, εἰ μὴ λέγοις.* I. 27. *εἰ ἐπαινεθείη ὑπ' ἐμοῦ . . . , μεγάλων τεύξεται.* I. 37. c. f. *εἰ δὲ μὴ τῶν φιλοψύχων εἴη τις, αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, δεήσεταί σου.* II. 7. p. 56. II. 11. p. 60. bis. II. 22. p. 74. II. 35. p. 87. IV. 21. p. 159. IV. 36. p. 177. V. 7. p. 193. V. 36. extr. Quâ in re cummaxime notandus est hic locus III. 4. p. 96. *κινναμώμου γὰρ εἴ τις αἰγὶ ὀρέξειε, κνυζήσεται πρὸς τὴν χεῖρα, . . . ἀπιόντι τε ὁμαρτήσει . . . . κἂν ὁ αἰπόλος ἀπάγῃ, θρηνήσει καθάπερ λωτοῦ ἀποσπωμένη.* De hoc Futuri usu in apodosi, praecedente Conjunctivo cum *ἂν* in protasi, quem leviter tantum attigit Dissenius in Disquisitt. p. 20. cf. quae posuit Werferus ad Herodot. p. 103. in Actt. Philologg. Monacc. T. I. F. I. Non minus fere frequens est in apodosi Praesens Indicativi. I. 14. p. 65. *εἰ γὰρ φωράσειεν τουτὶ οἱ λέοντες, διασπῶνται τοὺς σκύμνους, καὶ ξαίνουσι τὴν σπορὰν ὡς νόθον.* III. 15. f. *καὶ εἴ τις ἕτερος παρὰ τοὺς Ἰνδοὺς τούτους ἀνασπῴη αὐτὸ, οὐ μεθίεται ἡ γῆ τοῦ ἐρίου.* III. 46. bis. [10]. — Neque tamen, ut me ad

---

10) Herodoteos id genus locos binos excitavit Matthias V. C. in Grammaticâ Gr. §. 524. 3. Idem

nostrum locum convertam, tribuendum est quidquam lectioni *παύσαισθε*, ortae forsitan illi a Grammatico, qui frequenti illo usu deceptus, sic corrigendum opinaretur. Flagitant et linguae leges et naturalis ratio futurum tempus; quandoquidem res, quae quaeritnr, certa est et omnimode definita: nec exempla desunt, quibus vulgata se tueatur. II. 35. *εἰ γὰρ μεθύοντα ὑποθήσῃ, οὐ καθευδήσει τοῦτο·* quo de loco accuratius aliquando dispiciemus. Ut occupem breviter meam sententiam, *τοῦτο* transponendum videtur post *βασιλεύς*: quod ubi factum fuerit, sana erit oratio et expedita, nec ad Olearii contortam explicationem confugere oportebit. — IV. 15. f. *εἰ μὴ ἀλαζωνεύεσθαι, ἔφη, δόξω, εἰρήσεται.* Cf. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 38.

Cap. XVI. pag. 19. Ex hoc capite codex Palat. N° 129. (cf. Creuzeri Meletematt. P. I. p. 98.) fol. 30. vers. hoc nobis excerptum servavit: *ὁ δὲ ἀπολλώνιος τὸ ἱερὸν ἰδὼν καὶ κυ-*

---

ibidem de Indicativo *praeteriti* temporis post *εἰ* cum Optativo bene monuit: quocum conferendi Boeckh. ad Platon. Legg. p. 104 sq. Heindorf. ad Theaet. p. 298, qui Platonicos locos conjecturis tentarant. Quibus recte obloquuti Ast. et Buttmann. ad Alcib. I. p. 111. Steph. p. 129. Buttm. et inprimis docte *Dissenius* meus in Disquisitt. philoll. I. p. 26 sq. *Cr.*

παρίττου (sic pro κυπαρίττων) ὕψη ἀμήχανα, κύκλῳ περιεστηκότα τὸ ἱερὸν καὶ πηγὰς ἐκδιδόντα τὸν χῶρον, σπουδὴν δ' ἐν αὐτῷ οὐδεμίαν· ἀλλ' ἀνθρώπους ἡμιβαρβάρους καὶ ἀμούσους, ἄπολλον, ἔφη, μετέβαλε τοὺς ἀμούσους (in text. ἀφώνους) εἰς δένδρα κ. τ. λ. usque ad verba ξυγχωρεῖ φθέγγεσθαι, nullâ amplius lectionis discrepantiâ. [11]).

κυπαρίττου τε ἔρνος. C. Sch. κυπαρίττου τι ἔρνος.

σπουδὴν δὲ ἐν αὐτῷ C. Sch. σπ. δ' ἐν ἀ. — Comparandus est cum hoc loco simillimus VI. 6. p. 235. ἄλλο δὲ (sc. ἱερὸν) ἄλλῃ τοῦ γηλόφου ἵδρυται, σπουδῆς ἀξιούμενα, ὡς Αἰγυπτίων λόγοι. Est omnino voce σπουδὴ hâc significatione apud Philostratum nihil frequentius. I. 7. pag. 8. ἡσυχία τε πρόσφορος τῷ φιλοσοφήσαντι καὶ σπουδαὶ νεανικώτεραι. IV. 2. φιλοσοφίας δὲ μόνης ξυμβουλεύων καὶ σπουδῆς ἐμπιμπλάναι τὴν Ἔφεσον. V. 37. pag. 222. VI. 13. fin. et VI. 14. III. 41, ubi

---

11) καὶ πιστοῦται τὴν μεταβολὴν ἡ ὥρα τοῦ φυτοῦ. Ejusmodi loci, praesertim apud scriptores Atticam elegantiam sectantes, tenendi sunt ei, qui de lectione Thucydidis judicare instituat I. 20, ubi vid. Wyttenbachium in Selectt. Historicc. qui ibidem πιστῶσαι rescribi jubet. Adde Beck. ad eum locum Tom. II. p. 753. Et de verbo πιστόω vid. Alberti ad Hesych. II. p. 966. Heynium ad Iliad. XXI. 286, qui Homericos locos indicavit. *Cr.*

recte Olearius rescripsit *σπουδὰς*, pro *σπονδὰς*, quod cum prioribus editt. offert codex Schellersb. Contra VIII. 19. pag. 362. bene recepit *σπονδάς*. Est enim haec perpetua lectionis diversitas, de quâ conferendi sunt, quos laudat Schaeferus ad Longum p. 374. Wesseling. ad Diodor. XIII. 48. T. I. p. 578. Eâdem ratione verbum *σπουδάζειν* frequentatur Philostrato, ut sit literis studere, bonis artibus operam dare. I. 20. p. 25. *τὰ διὰ τῶν βαρβάρων τούτῳ σπουδασθέντα.* III. 16. p. 108. *εἰ δή τι ἐσπούδασαν ὁδοιποροῦντες, ἢ σπουδάζοντος ἑτέρου εἶδον.* III. 45. p. 132. *ὁ λόγος . . . σπουδασθείς.* item IV. 15. *λόγον σπουδάσαι* et IV. 19. *διατριβὰς περὶ μεγάλων σπουδασθείσας.* IV. 17. *οἱ δὲ ἐκ βιβλίων ἐσπούδαζον.* Add. IV. 22. 43. V. 10. 32. f. VI. 8. VI. 9. f. VII. 28. pr. Unde *ἀποσπουδάζειν*, odio aliquid habere, repudiare. I. 17. p. 9. IV. 2.

pag. 20. *τοῖς ἐτῶν.* Male cod. Schell. cum Ald. *τοῖς ἐκ τῶν.* In nostro exemplo jam emendatum est in margine *ἐτῶν.*

μετὰ ταῦτα μετῄει. C. Sch. omittit verba *μετὰ ταῦτα*, quae Olearius ex conjecturâ reposuit, neque necessaria illa, cum, iis rejectis, et sententia maneat eadem et oratio optime cohaereat.

ὁπότε μάλιστα ἡ ἡμέρα. Cod. Sch. ὁπότε ἡμ. μάλιστα.

p. 21. ὑμεῖς μὲν τὸν ἄρχοντα, ἔφη. Cod. Sch. ὑμεῖς μὲν, ἔφη, τὸν ἄρχοντα.

Cap. XVII. pag. 22. καὶ δόξαι βραχεῖαι καὶ ἀδαμάντινοι κύριά τε ὀνόματα καὶ προςπεφυκότα τοῖς πράγμασι. Cod. Schellersh. cum prioribus editt. αἱ δόξαι, et sic Olearii quoque codices habuisse videntur, cum ille Suidae solius auctoritate omisisse se articulum profiteatur. At retinendus articulus, qui hîc, ubi de singulari et Apollonio propriâ dicendi ratione quaeritur, et ubi, quod antea exemplis illustratum est, nunc generatim profertur, suum ac proprium tenere locum videatur. Ut vero nasci potuisset αἱ ex καὶ proxime praecedenti, ita et absumi eodem hoc vocabulo facillime potuit apud Suidam (conf. Bast. ad Greg. Corinth. p. 576. not. n.), non minus quam τε ante ὀνόματα absumere potuit articulum τὰ, quem malim ex conjecturâ huic loco restituere, quam ante δόξαι temere ejicere. — Caeterum locutio ἀδαμάντινοι δόξαι Platoni debetur. Cf. Republ. Lib. X. pag. 619. a. Steph. p. 332. Bip. ἀδαμαντίνως δεῖ δὴ ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντα, εἰς ᾅδου ἰέναι, locus a Wyttenbachio adhibitus ad Phaedo-

nem p. 161. *) Vid. Boisson. ad Her. p. 405 sqq. Ast. ad Platon. Rempubl. pag. 394, qui nec alterum locum neglexit VI. 10. extr. huc potissimum referendum. Conf. *Libanii* Epist. MXXXVI. 6. p. 484. ibiq. Wolf. not. 9. Pertinuit hic usus vocabuli etiam ad Ecclesiae Patres, ex quibus egregium solummodo *Chrysostomi* locum proferam: De Virginit. Cap. XXVII. T. I. p. 287. Montf. *δεῖ τοίνυν ἡμῖν ἀδαμαντίνης διανοίας, μηδέποτε καθεύδοντος ὀφθαλμοῦ . . . καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς.* Origo autem hujus dictionis ex Hesiodo videtur esse repetenda Ἔργ. καὶ Ἡμερ. v. 145. ubi de tertio hominum genere ita dicitur: *οὐδέ τι σῖτον Ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν:* ad quem locum Scholiasta est conferendus p. 43. b. Heins. *ψυχὴν εἶχον ἀπὸ ἀδάμαντος, τουτέστιν ἀδαμαντίνην.* — In sequentibus tenendum est illud *πῶς οὖν . . . διαλέξεται ὁ σοφός;* quod Olearius dextre vertit: *quonam pacto igitur sapientem disputare fas est.* Consuevit enim Noster, quod fieri soleat aut debeat, Futuro exprimere. III. 35. p. 44. *καὶ οὐκ ἐνθυμῇ, ὅτι σοφῷ ἀνδρὶ Ἑλλὰς πάντα, καὶ*

---

*) quamquam eo loco proprie jungenda sunt *ἀδαμαντίνως ἔχοντα* i. e. ut Olympiodorus explicat (a Wyttenbachio laudatus), *ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς δεῖ ταῦτα ἔχοντα κατιέναι εἰς ᾅδου.* *Mr.*

οὐδὲν ἔρημον ἢ βάρβαρον χωρίον οὔτε ἡγήσεται οὔτε νομιεῖ. II. 13. p. 63. ὀδόντες δὲ οἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐκπεσοῦνται καὶ ἀναφύσονται πάντες. III. 6. pag. 98. καὶ ὅπως (scil. ὁ λαγώς) ἁλίσκεται καὶ ἁλώσεται. IV. 34. p. 174. Add. Plutarch. Phocion. cap. 28. p. 115. Schaef. προδεικνύντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ φανερῶς, ὅτι . . . τὴν ἄνω πόλιν διαφυλάξουσιν. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 503. 4. Quare IV. 8. ὁμόνοια δὲ στασιάσοι σωτηρίας ἕνεκα τῶν πόλεων, summopere arridet στασιάσει, quod praestat cod. Schell.

Cap. XVIII. Initium capitis ita exhibet cod. Palat. l. l. Μετὰ δὲ ταῦτα λογισμὸν ἑαυτῷ δίδωσι ἀποδημίας μείζονος. Utitur Noster hâc locutione etiam infra IV. 34. pag. 174. λογισμὸν δὲ ἑαυτῷ διδοὺς τῆς ὄψεως. Alii in eâdem causâ usurpant λόγον διδόναι ἑαυτῷ. Vid. Heindorf. ad Platon. Sophist. pag. 320. Add. Diodor. Sic. XVIII. 60. T. II. pag. 302. Wessel.

Γερμᾶνες. Cod. Sch. cum aliis omnibus ὑρκάνιοι. Illud e Strabone se restituisse Olearius profitetur. Jac. de Rhoer. ad Porphyr. de Abstin. pag. 358. ex eodem Strabone Lib. XV. p. 489 et 490. (p. 1040. Almelov. T. VI. p. 127. Siebenkees.), ubi Βραχμᾶνες et Ὑλόβιοι deinceps enumerantur, Ὑλόβιοι rescri-

bendum existimat; quod sane, cum facillime librariorum socordiâ in Ὑρκάνιοι commutari potuerit, pro Γερμᾶνες, quod a codicum scripturâ longius abest, recipere nihil dubitaverim.

Cap. XIX. pag. 23. 12) ὁ Νίνιος. C. Sch. ὁ νῖνος, uti paullo post τοῦ νίνου pro τ. Νινίου. Corrupte.

ἐγὼ δέ σοι. C. Sch. cum prioribus editt. ἐγὼ δὲ σοί. Quae ratio h. l. praeferenda.

μεταλαμβάνω δὲ πάσας. Abest δὲ a cod. Schell., neque desiderabitur h. l., si, ut in exempl. Ald. correctum invenio, ante ὁπόσαι εἰσὶν, distinctione deletâ, quae sequuntur usque ad μεταλαμβάνω, parenthesi includamus. Praeferenda tamen, si quid video, Oleariana ratio.

---

12) Ἰὼ ἡ Ἰνάχου — κέρατα τῶν κροτάφων ἐκκρούει κ. τ. λ. Debebat Olearius Herodotum laudare potius loco primario II. 41, ubi βούκερων τὴν Ἰοῦν memorat historiae pater. De re dixi in Mythologiâ I. 384. IV. 18. Nunc adde Joann. Chalebae Chronograph. p. 31. ed. Oxon. οἱ γὰρ Ἀργεῖοι μυστικῶς τὸ ὄνομα τῆς Σελήνης τὸ ἀπόκρυφον, Ἰῶ λεγουσιν ἕως ἄρτι. κ. τ. λ. Sed haec sufficiant intelligendae tesserae Ius cornutae in modum vaccae; et quae Philostratus de Assyriâ Io refert, eadem de Aegyptiâ Scholiastes in Gregorii Naz. Carmina pag, 50. edit. Gaisford. ubi et alia et haec: — καὶ τιμῶσιν αἰγύπτιο την Ἰὼ (Ἰῶ) ἤτοι τὴν ἴσσιν (leg. τὴν ἶσιν)· διὸ καὶ ἐπὶ του ἀγαλματος κατὰ κεφαλῆς αὐτῆς βοῦς ἐγγλύφουσι κέρατα. *Cr.*

p. 24. εἴ τι καὶ παρεφθέγξατο, ἢ εἶπεν. Verba ἢ εἶπεν quid sibi velint, non video. Philostratus, si recte ejus mentem percipio, hoc dicit: retulisse Damidem in Commentarios suos non solum quae de industriâ et eo consilio protulisset Apollonius, ut doceret homines moresque emendaret, verum etiam si quid obiter dixisset, aut si de aliis rebus, uti plerumque fieri ab omnibus solet, nec suo singulari modo disseruisset. Atque ejusmodi quid, quod posteriori loco posui, excidisse videtur ante εἶπεν; quod cum ob beatam in Philostrato dicendi ubertatem, tum vero etiam ob repetitam post ἀναγεγράφθαι particulam καὶ potius statuendum censeo, quam verba ἢ εἶπεν pro glossemate esse habenda, quod lector, quin a sensu prorsus aberraverit, vix potuit apponere. Idem Olearius videtur esse odoratus vertens: *vel quocunque modo dixisset.* Quodsi vero εἴ τι παρεφθέγξατο vertit: *si quid minus etiam elaboratum protulisset*, hoc parum dextre. Debebat: *obiter protulisset, praeter rem dixisset.* Auctor Platonem videtur esse imitatus. Euthydem. p. 296. a. T. III. pag. 55. Bip. Οὐκ αὖ, ἔφη, παύσῃ παραφθεγγόμενος. Bina addam exempla eaque et ipsa ex posterioribus scriptoribus. *Joseph.* B. J. V. 9. 1. pag. 344. Hav. τοὺς παραφθεγγομένους εἰρήνην ἀποσφάτ-

τοντες, i. e. *licet nonnisi obiter pacis mentionem injecissent. Aristides* T. II. p. 392. f. Jebb. φημὶ γὰρ αὐτῶν ἕνεκα τῶν λόγων συμβαίνειν ἀνάγκειν πολλάκις παραφθέγξασθαι τόνγε δὴ καθαρῶς ἁπλοῦν καὶ φιλάνθρωπον. Vid. de hâc potestate particulae παρὰ, cum verbis compositae, Hemsterh. ad Lucian. T. III. pag. 392. (Necyomant. I. T. I. p. 455. ed. Amst.)

ὁπόσα τοῦ ἀνδρός. Cod. Sch. cum Ald. et Morellianâ editione consentiens: ὁπόσαι γνῶμαί τε εἰσι καὶ δόξαι τοῦ ἀνδρός. Illud Olearius reposuit, nihil omnino monens de ullâ lectionis varietate. Unde arbitrari licet eum in suis codicibus ita invenisse, cum alias, ubi ex ingenio quid corrigit, verbulo saltem id soleat indicare. Atque commendatur haec lectio cum orationis nexu, tum Philostrateâ consuetudine. Solet enim ille praecipue cum ὁπόσος, ὅςπερ cett. ejusmodi brevitatis formulas frequentare. Videamus aliquot exempla. I. 1. p. 1. ὡς . . . καθαρεύει βρώσεως ὁπόση ἐμψύχων. II. 7. p. 56. ὅτι δὲ οἶνον ἡγῇ καὶ τοῦτο τὸ πόμα, δηλοῖς τῷ σπένδειν τε ἀπ' αὐτοῦ τῷ Διί, καὶ ὁπόσα ἐπ' οἴνῳ εὔχεσθαι. I. 20. p. 25. τὸ τῶν ὀρνίθων ἀκούειν, μαντευομένων ὁπόσα οἱ χρησμοί. I. 37. p. 45. ξυγκατακείμενός τε καὶ ὁπόσα οἱ μοιχοὶ πράττων. De ξυγκατακεῖσθαι et similibus vid. Wyttenbach. Epist. crit. p. 19. (p. 240 et 241. ed. Lips.), ubi hunc

ipsum locum in exemplis refert. IV. 41. Imagg. II. 3. pag. 813. ὁ δὲ Χείρων γέγραπται μὲν ὅσα Κένταυρος. Ibid. διδάσκει ὁ Χείρων τὸν Ἀχιλλέα ἱππάζεσθαι καὶ κεχρῆσθαι αὐτῷ ὁπόσα ἵππῳ. II. 13. p. 63. μένειν δ᾽ ὡς ἔφυσαν, καὶ μὴ, ὅπερ ὀδόντες, ἐκπίπτειν. Sed plene loquitur IV. 25. pr. παθὼν δὲ . . ., ὅπερ φασὶ τὸν Ἀντισθένην πρὸς τὴν τοῦ Σωκράτους σοφίαν παθεῖν. — I. 1. pag. 1. ὡς . . . ἀναβιῴη τε ἀποθανὼν . . . ὡς ᾠδαὶ Ὁμήρου. — III. 16. p. 107. πῶς εἶπεν, ἢ ὡς δηλοῖ τὸ ὑμῶν ἕνεκα ἥκειν με ὁδὸν, ἣν μήπω τις τῶν ὅθενπερ ἐγὼ ἀνθρώπων. Praecipue notandus est hic locus: VI. 21. p. 262. ὃ γὰρ ἐμαυτόν τε ἡγούμην, ὁπότε ἡ ναῦς, ἑτέρους τε οἳ μὴ ἀδίκων ἅπτονται, δικαίους οὔπω φατὲ, οὐδ᾽ ἀξίους τιμᾶσθαι. — Forsitan huc etiam referendum est VII. 40. τὸ δὲ ἐλεύθερον δεσμοτήριον ξυγχωρεῖ οἰκεῖν, ἐστ᾽ ἂν ἡ ἀπολογία, ut non opus sit legere: ἐστ᾽ ἂν ᾖ ἡ ἀπολογία, quod proposuit Valckenarius ad Eurip. Hippol. v. 659. p. 236. 2. B.

αὐτοῖς εἰσιν. Cod. Sch. αὐτοῖς εἰσίν. Vid. tamen Hermann. de Emendat. rat. gramm. Gr. pag. 90.

Cap. XX. [13]) pag. 25. οὕτω τε. Cod. Sch.

---

13) Hoc caput cum exstet in excerptis codicis

cum prioribus editt. οὕτω τι. — τὲ non habet, quo referatur: sed formula οὕτω τι, sequente ὡς sive ὥςτε, cum apud Nostrum, tum apud reliquos scriptores tam est vulgaris, ut recipere eam h. l. non ambigam. I. 23. p. 30. χρηστὸς γὰρ οὕτω τι καὶ φιλότιμος ἦν ὡς . . . σοφιστοῦ τε ἀναμεμνῆσθαι κ. τ. λ., ubi Hamakerus pag. 16. φιλοικτίρμων conjicit pro φιλότιμος. *) I. 35. pag. 43. οὕτω τι ἐς τοὺς Διονυσίου κατέδυσαν θησαυρούς, ὡς μόγις ἀνασχεῖν ἐκεῖθεν, et ibid. Σπεύσιππον . . . οὕτω τι ἐρασιχρήματον γενέσθαι φασίν, ὡς κ. τ. λ. Add. III. 17. p. 108. IV. 26. p. 167. Cf. Arrian. Indic. cap. 22. §. 4. p. 595. §. 7. p 596. Non minus frequens est οὕτω δή τι, v. c. Herodot. III. 108, ex quo plura exempla collegit Valckenar. ad eundem lib. IV. c. 52. pag.

---

mscr. Darmst.: inde exhibebo h.l. variantem lectionem: — ὁ Τίγρις ἀποφαίνει καὶ ὁ Εὐφράτης. Cod Darmst. καὶ Εὐφρ., omisso articulo; quem quidem etiam ab alterius fluvii nomine removendum censeas, si reputaveris, quae in hanc rem disputavit Sturzius de nominibus Graecorr. p. 14 sq. cf. Commentarr. Societ. Philol. Lips. I. 2. p. 232 sqq. Proxime: ἐξ Ἀρμενίας καὶ Ταύρου Cod. Darmstad. καὶ ἐκ Ταύρου. — Mox: οὕτω τε Cod. Darmstad. οὕτω τι — νομίζοντας. *Cr.*

*) cui conjecturae aliam eamque faciliorem opponit censor Hamakeri Lipsiensis 1817. 269. pag. 2146 sq., scribendum esse suspicans φιλόδημος: quod si recipiatur, facillime etiam depravatio ex itacismo, quem dicunt, orta intelligitur. *Mr.*

304. Wessel. T. V. p. 220. Schw., atque idem etiam Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 499. in Heroicis XIX. 11. p. 737. praeferendum censet vulgatae οὕτω δή τοι, quam Boissonadius est secutus pag. 224. cf. Annott. pag. 428. Vid. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 237. De οὕτω τοι et οὕτω που consule Bud. Comm. L. Gr. p. 1300. 14).

---

14) Mox: ὅτ' ἐπὶ τοὺς ποταμοὺς βαδίζοιεν, *Quoties* — descenderent. Similiter ὅκως usurpat Herodotus, ut III. 125. ὅκως ὕοι, quoties plueret, cf. I. 11. VII. 6. 119. cf. Aemilii Porti Lex. Jon. in ὅκως et Interpretat. Vocc. Herodott. p. 15. ad calcem ed. Wessel. nec aliter Homerus, docente Hermanno Diss. prima de Legg. quibusdam subtil. sermonis Homer. pag. XX. Inde quoque ad Platonem aliosque hic usus permanavit. Vid. v. c. Phaedon. (p. 6. Wytt.) p. 14. Heindorf. hujusque annotationem. Thucyd. II. 15. καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῄεσαν. Adde Dissenii Disquiss. philoll. I. p. 25. Etiam sequentia veterum elegantiarum sectatorem arguunt: ὅρον ποιεῖσθαι τῆς γῆς τὸν τῶν ποταμῶν κύκλον· ἀποτορνεύσαντες γὰρ τὴν προειρημένην ἤπειρον, εἰς τὴν αὐτὴν ἵενται θάλασσαν. Non est, quod de verbi τορνεύειν et compositorum vi post Heynii, aliorum, curas moneam. Vid. modo Schneiderum in Lexico s. v. τορεύω et adde doctissimi viri Quatremère de Quinzy disputata in libro, qui inscribitur Le Jupiter Olympien p. 74 sqq.: locutionis fontem indicabo in Herodoto IV. 36. οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ τήν τε γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου. Unde etiam sumsit Xenophon. de Redit. I. 6. ὁπόσοι ἂν βουληθῶσιν ἀπ' ἐσχάτων τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἔσχατα ἀφικέσθαι, πάντες οὗτοι ὥςπερ κύκλου τόρνου τὰς Ἀθήνας ἢ παραπλέουσιν ἢ παρέρχονται, quem locum conjecturis tentarunt viri docti. Verbum compositum ad orato-

εἰς τὴν αὐτήν. C. Sch. ἐπὶ τὴν αὐτήν. Praestat vulgata.

οὐ μὴν οὐ δυοῖν. C. Sch. οὐ μὴν ὡς δυοῖν.

Cap. XXI. ἐπετέτακτο. C. Sch. ἐτέτακτο. Male. Nihil fere in libris frequentius occurrit, quam haec in verbis compositis praepositionis omissio. Vid. Jacobs. in Addit. Animadverss. in Athen. p. 27 et 28. Held. ad Plutarch. p. 167. in Actt. Philologg. Monacc. T. II. Fasc. II. coll. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 501.

πάλιν ἤρετο. C. Sch. ἔροιτο. Vitiose, ut habuerat etiam Ald.

ταῖς σαυτοῦ χερσίν. Restituit σαυτοῦ ex

---

rum artem traductum. Plato in Phaedro p. 234. e. p. 295. Bip. ὅτι σαφῆ καὶ στρογγυλὰ καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται. Quem locum qui plurimi expresserunt, eos indicavit Ernesti in Lex. Technolog. Graecc. rhet. p. 40. Adde Polluc. Onom. VI. 141. p. 649. Hemsterh., ubi similiter legitur ἀποτετορνευμένα. Propius a loci nostri indole abest, quod Henr. Stephanus in Thes. III. p. 1317. ex Plutarcho affert: ἀποτορνεύω νῆσον insulam facio. Philostratus ad flumina traduxit. Debebant autem ejus verba accuratius verti, in hunc fere modum: « ubi enim eam, quam diximus terram, velut umbilicum effecerunt et quasi detornarunt. » — Mox: εἰς τὴν αὐτὴν ἵενται θάλατταν Cod. Darmst. ἐπὶ τ. αὐτ. — θάλασσαν. Deinde ibid. l. 8. ἐφάπτονται — Αἴγυπτόν τε — συγκεράννυσθαι Cod. Darmst. ἐφάπτεσθαι — αἴγυπτον — ξυγκεράννυσθαι. *Gr.*

altero cod. Vatic. Olearius: priores habebant *αὐτοῦ*, uti cod. Schellersh. Haud dubie scribendum *αὑτοῦ*, quam Atticorum elegantiam cum non intellexisset librarius, facile fieri potuit, ut suâ sponte *σεαυτοῦ* in cod. Vat. pro *αὑτοῦ* reponeret. Sic III. 21. cod. Sch. bene pro *ἐμαυτοῦ* habet *ἑαυτοῦ*. Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 159. 328. Amst. p. 224. 399. Lips. Add. Observatt. Miscell. Vol. III. T. I. p. 142 et 143. ubi exemplorum nubes. Sturz. Lexicon Xenophont. T. II. p. 5. Schleusner. Lex. N. T. I. p. 662. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 155. Jacobs. Add. Animadvv. in Athen. p. 285. Poppo Diss. de Particulâ *ἄν* p. 13. Boisson. ad H. p. 326, qui jure improbat II. 5. p. 53. lectionem sui codicis *ἐμαυτοῦ* pro *ἑαυτοῦ*, quod recte cod. Schellersh. cum editionibus retinet. — Mox pro *θίγων ἀνδρὸς* Schaeferus mavult *θιγὼν ἀνδρὸς*, ad Greg. Corinth. p. 203. Add. Index s. v. *θιγεῖν*. Et poscit sane ratio hanc accentus mutationem. — Vox *ἀνὴρ* sensu hoc eminenti Philostrato magis quam aliis videtur frequentari. I. 15. p. 27. *ἂν πρὸς ἄνδρα ἴδωσι, ἐρυθριῶσι.* I. 16. p. 20. *φήσας οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ δεῖν ἀλλὰ ἀνδρῶν.* 15)

---

15) . . . *ἀλλὰ ἀνδρῶν*: Herodoteum. Ita enim ille VII. 210. *ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες*, ubi de hujusmodi locutionibus egre-

I. 39. p. 47. ϑεῶν μὲν οὐκ εἰσὶν ὅλως οἴκησις, εἶπεν, εἰ δὲ ἀνδρῶν οὐκ οἶδα. II. 21. p. 72. VII. 1. VII. 28. fin. VIII. 14. fin. VI. 35. ubi ἀτεχνῶς ἄνδρα. Saepius a librariis ἀγαϑὸς perperam aut omissum aut additum est. Sic V. 33. p 215. σὲ δ' ἄνδρα εἰδὼς καὶ γενναιότητι προὔχοντα, ubi cum prioribus editt cod. Sch. addit ἀγαϑὸν, Olearius, cum in Vat. deesset, recte expunxisse videtur. IV. 21. pag. 159. ἐξορχούμενοι τοὺς Σαλαμινίους καὶ πολλοὺς ἑτέρους κειμένους ἀγαϑοὺς ἄνδρας male omittit ἀγαϑοὺς cod. Sch. Jungi enim plerumque solet ἀγαϑὸς, ubi de fortitudine et bellicâ laude quaeritur, v. c. Wesseling. ad Diodor. XV. 33. T. II. p. 27. Sturz. in Lex. Xenophont. T. I. pag. 5. Unde etiam addi subinde solet ad ἀγαϑὸς, τὰ πολέμια, Wesseling. ad Herodot. III. 4. p. 195. Tom. V. p. 5. Schw. Add. Phalarid. Epist. 54. ibiq. Lennep.

---

gie Valckenar. Etiam Homerica est haec vis vocis ἀνήρ, docentibus Eustathio ad Odyss. I. 1. et Apione in Glossis mss. in ἀνήρ. Alios poetarum scriptorumque locos exhibuit Doederlein. in Specim. Sophocl. p. 34.

Recte explicavit Olearius ὁ Μήδων βασιλεύς· Elegantiae fontes brevissime monstrabimus. Herodot. III. 7. πέμψας παρὰ τὸν Ἀράβιον. Hinc recte ex cod. Passion. Schweighaeuserus I. 2. rescripsit τὸν Κόλχον pro τὸν Κόλχων βασιλῆα. Vid. ejus Annott. ad eum locum. Cf. Xenoph. Cyrop. I. 1. 4. ibiq. Fischer. II. 1. 15. ne plura. *Cr.*

p. 179. Plutarch. in Agesilao cap. 39. — Vid. Koen. et Schaefer. ad Gregor. Corinth. l. l. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 227. Valckenar. ad Herodot. VII. 210. Jacobs. Add. Animadverss in Athen. p. 148. Add. Bekkeri Anecdott. Graeca pag. 19. Reisk. Ind. Graec. Demosth. et Schweigh. Lex. Polyb. s. v. — Non minus apud Nostrum frequens est alius hujus nominis usus, isque cum maxime Platonicus, quo nimirum vicem sustineat pronominis demonstrativi; atque per totam hanc Vitam de Apollonio potissimum ipso sic solet usurpari. I. 32. fin. *ταῦτα ὁ Δάμις μὲν διαλεχθῆναί φησι τὸν ἄνδρα, Ἀπολλώνιος δὲ ἐπιστολὴν αὐτὰ πεποίηται.* III. 12. *τὸ δὲ ὁ δεῖνα χαῖρε τοῖς μὲν ἄλλοις παρασχεῖν ἔκπληξιν, τῷ δὲ ἀνδρὶ θάρσος ὑπὲρ ὧν ἀφῖκτο.* I. 19. p. 23. IV. 1. p. 140. IV. 40. p. 181. IV. 42. pr. IV. 43. p. 184. IV. 47. VI. 43. pr. alibi. Conf. Ast. ad Platon. Phaedr. pag. 365 sq. In quo notandum, articulum nunquam a Philostrato omitti, qui apud alios promiscue et addi et omitti solet. Vid. Heindorf. ad Platon. Theaet. p. 350. praecipue ad Phaedon. p. 182. — Est autem haec eadem elegantia, quae per Latinorum quoque scripta valde frequentatur. Conf. Facciolati in Lex. Lat. s. v. *homo* T. II. p. 434.

λιπαρῶς ἤδη καὶ μεταβαλὼν τοῦ τόνου.

Vid. Boisson. p. 323, qui, quod in suo codice invenit, λιπαρῶν pro λιπαρῶς, recte praeferendum censet. Schellersh. in vulgatâ adquiescit. IV. 1. p. 141. usus est Noster composito ἐκλιπαρεῖν. De verbo λιπαρεῖν, προςλιπαρεῖν eleganter disputantem vide Cel. Wyttenbachium ad Plutarch. T. I. p. 325. Add. Schaefer. ad Long. p. 385. et ad exempla Joseph. A. J. XIII. 5. 1. p. 645. Hav. προςλιπαρήσαντος τοῦ Τρύφωνος.

p. 27. ἐπειδὴ μετρίως. C. Sch. ἐπεὶ μ.

ἀπολωλυῖαν πότ' αὐτῷ. Cod. Sch. ἀπ. πότ' αὐτῷ. Male.

ὅ,τι θέλοις. In cod. Sch. ex correctione in οι suspicari licet fuisse θέλεις.

καὶ μεγάλας. C. Sch. καὶ μεγάλους. Mendose. Non minus quod deinceps sequitur τίγρης pro Τίγρις et τεχνητῶν pro τεχνιτῶν. [16]

---

16) Similiter proxime: δώσω, ἔφη, ζυμήτας τε ἄρτους. Leg. ζυμίτας, licet eadem varietas occurrat in Etymol. M. p. 412. in Zonarae L. Gr. p. 961. in Longi Pastoral. II. pag. 46. pag. 50. Schaeferi. in Athenaeo IV. p. 151. p. 89. Schweigh. ubi ed. Venet. et cod. A. ζύμητες. Sed vid. Oudendorp. ad Thomam Mag. p. 903. Hutschinson. ad Xenoph. Anab. VII. 3. 10. Alberti ad Hesych. I. p. 1590. Casaubon. et Schweigh. ad Athenaeum III. p. 111. C. (Animadvv. p. 280.) — Ζυμίτας est etiam in Lexico Cyrilli Brem. ap. Biel. in Thesaur. II. p. 6. Panem autem ζυμίτην opponit ἀζύμῳ Tryphon. ap. Athenaeum III. p. 109. p. 423. Schweigh. Atque qui ζυμίτης, idem aliis dictus est ἀποπυρίας Athen. III. p. 111. p. 433. Schw. Hesych. I. p. 497. ibiq. interprr. *Cr.*

Cap. XXII. p. 28. ἐντυγχάνουσι. C. Sch. ἐντυγχάνουσιν.

ὁ χρόνος τῆς περὶ βασιλέα ἀποδημίας. C. Schell. cum cod. Urb. et Vratisl. consentiens παρὰ β., quod etiam ut variam lectionem Ald. exempl. in margine habet adscriptum, confusione frequentissimâ. Vid. quos laudavit Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. c. 61. T. I. p. 690. J. C. Wolf. ad Libanii Epist. XCIX. not. 3. p. 53. Add. Bast. Epist. crit. p. 33. p. 102. Duo Vaticani παρὰ βασιλέως: in quâ librorum discrepantiâ παρὰ βασιλέα, quod rarius esse et exquisitius videtur, vulgari περὶ βασιλέα praeferendum existimo. Conf. quos laudavit Matth. Gr. Gr. §. 588. c. Add. Schweigh. Lex. Polyb. p. 423 et 424.

ἔσται. C. Sch. ἔστι habuit, sed corr. ἔσται.

Cap. XXIII. p. 29. ἔσπαιρον. C. Sch. cum prioribus editt. recte ἤσπαιρον. Utrumque bene habet. Cf. Rhodomann. et Wesseling. ad Diodor. III. 22. T. I. p. 190 et 191. quibus tamen addenda est docta de hoc verbo Valckenarii observatio ad Herodot. VIII. 5. pag. 621. Wess. T. VI. p. 77 et 78. Schw. Cf. Etymolog. Magn. p. 722. Sylb. 655. Lips.

ἀμύναι. Ita sexcenties in accentu peccatum per Philostrati opera. Cod. Sch. ἀμῦναι. — Mox ξυμβάλλεται, formâ passivâ, tenen-

dum est, ubi alii activâ utuntur. Sed Noster Herodotum est secutus. Cf. quae de usu verbi *ξυμβάλλειν* et *ξυμβάλλεσθαι* posuit Creuzerus in Symbol. T. I. p. 33.

ὁ δὲ . . . ἀπῆγε τὸν Ἀπολλώνιον τοῦ πρόσω. Recte Olearius: *Ille igitur . . . Apollonio, ut ulterius pergeret, dissuasit.* Ac notandus est vel maxime hic Philostrati usus, quo illi tempus praesens haud raro usurpatur non de re, quae fiat, imperfectum non de re, quae facta sit, sed de consilio vel potius conatu aliquid peragendi, sive res habitura sit aut habuerit eventum, sive minus. Est usus jam apud Homerum (Odyss. XVI. 432.) obvius, unde transiisse in Herodotum videtur. Conf. Matth. Gramm. Gr. minor §. 504. N° 4, ubi add. ad I. 68. *ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν*, III. 139. *ἰδὼν δὲ αὐτὸν Δαρεῖος . . . ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν προςελθὼν ὠνέετο*, ubi quae sequuntur docent, non profecto eum emisse, sed emturum solummodo fuisse. Ex Nostro huc pertinet I. 34. fin. *τοιᾷδε ὑπέθαλπεν αὐτὸν τέχνῃ, μὴ ἀπαξιῶσαι λαβεῖν ὅ,τι διδῴη*: item IV. 38. *πρὸς γὰρ τὰ Νέρωνος κηρύγματα, δι' ὧν ἐξείργει φιλοσοφίαν, ἔστιν ἡμῖν τὸ τοῦ Σοφοκλέους ἰαμβεῖον*, uti legendum ex codice Schellersh. pro *ἐξείργοι*. Eandem vim Participium quoque retinet. I. 35. fin. *οὐ γὰρ ἐπί-*

πληξιν ποιούμενος, ἀλλὰ τοὐμὸν ὑπογράφων σοι, ταῦτα εἶπον. I. 39. p. 47. ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς, ἐδείκνυ τῷ ἀνδρὶ τὰ χρήματα, ὑπαγόμενος αὐτὸν ἐς ἐπιθυμίαν πλούτου. III. 33. p. 124. ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ἱερὸν οἶκον, ἀπάγων ἐνθένδε ἄνδρα ἄκοντα. IV. 10. pr. ἐπρεσβεύοντο παρὰ τὸν Ἀπολλώνιον ἰατρὸν ποιούμενοι αὐτὸν τοῦ πάθους: ut sane mirari mihi subeat, quod Hamakerus p. 81 et 82. IV. 24. p. 163. λέγεται καὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσθμὸν καινοτομίας ἅψασθαι, περίπλουν αὐτὸν ἐργαζόμενος, καὶ τὸν Αἰγαῖον τῷ Ἀδρίᾳ ξυμβάλλων, quia irriti cecidissent illi conatus, absque ullâ codicum auctoritate, corrigendum statuit ἐργασόμενος et ξυμβαλῶν. Idem II. 40. p. 92. f. καὶ κάμηλόν γε, ἔφη, τῷ ἡγεμόνι δώσω, καὶ ἐφόδια, ἐπιστέλλω δὲ καὶ Ἰάρχᾳ, ob Futurum antecedens legi vult ἐπιστελῶ. At δώσω est *dabo*, ἐπιστέλλω, sive *scripturus sum*, sive *in eo sum, ut scribam*. Nec Boissonadii suspicio V. 35. pag. 221. διαβαλεῖ proponentis pro διαβάλλει fundamento firmo niti videtur, conf. ad Her. p. 412, quamquam hae formae creberrime confunduntur. Cod. Schell. in omnibus his locis vulgatae adstipulatur, a quâ cur sit recedendum, equidem non video. Comparari potest locus ex N. T. Luc. V. 6. διεῤῥήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν, quem commode ex-

plicat Schleusnerus in Lex. N. T. Tom. I. p. 596. — Consimilis huic est alius usus, cujus bina tantum exempla expromam. III. 20. p. 111. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἀχιλλέα Ὅμηρος ἄγει μὲν ὑπὲρ Ἑλένης ἐς Τροίαν, κ. τ. λ. VI. 7. p. 236. ξυγχωρεῖν τε οὔτε ἡλίῳ οὐδὲν, οὔτε οὐράνῳ καὶ γῇ, κινεῖν γὰρ καὶ ὀχεῖν αὐτὸν ταῦτα, καὶ μετατάττειν οἷ βούλεται: ubi conf. Olear. De verbo κινεῖν, hâc potestate usurpato, consulas Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 208. ibiq. laudd.

ᾗ δέδιας ταῦτα. Cod. Sch. εἰ δ. τ., quod equidem, cum simplicius videatur, praetulerim.

ὥςπερ ἡ ὄψις ἐφάνη. Omittitur in codice Schellersh. vox ἐφάνη, quam ex Urb. et Vatic. priore recepit Olearius. Sed melius illa, si quid video, abest. Quo enim pacto, si a Philostrati manu esset profecta, in aliis pluribus libris potuerit omitti, non intelligo. Ac tueri se potest nostra lectio ipsius Philostrati usu. Conf. quae supra monuimus ad cap. XIX. 17)

---

17) Proxime: ἰχθύων πάθει περὶ τὴν ἅλωσιν χρήσασθαι· σαγηνευθῆναι γὰρ δὴ, καὶ ἁλῶναι πάντας Herodeum fontem vocabulum Herodoteum arguit. Vid. III. 149. init. τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι, ubi vid. Valckenar. qui etiam Philostrati locum adhibuit; adde Wesseling. ad VI. 31. et Jac. Gronov. ad calc. pag. 144. ed. Wesseling.

αἵπερ ἔλαχον. Exciderunt haec verba in cod. Sch. Male.

pag. 30. ἐπειδὰν . . . εἶδε. C. Sch. ἐπειδή. Bene.

σοφιστοῦ τε. Abest τε a cod. Sch.

Cap. XXIV. ξύνωδα. Vitiose. Cod. Schell. ξυνωδά.

τῆς ἄλλης. C. Sch. τῶν ἄλλων.

βραχυβιώτατοί γε οἱ ἐκεῖνοι ἄνθρωποι. Male. Cod. Schell. cum Boissonadii cod. A. consentiens (vid. ad Her. pag. 355.) recte fert βραχυβιώτατοί τε οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι. Cf. Thucydid. III. 88. et quae plura de hoc usu suppeditabit Schaeferus ad Lamb. Bosii Ellipses Gr. p. 520. Add. ex Nostro II. 18. p. 69. τοῖς ἐκείνῃ ποταμοῖς. Morellus dederat καὶ βρ. οἱ ἐκείνῃ ἀνθρ., quod καὶ omissum erat in Ald.

p. 31. καὶ γραφὰς ἐγκεχαραγμένας. Illud γραφὰς est Olearii conjectura. Cod. Schell. cum libris omnibus et editis et scriptis habet ναῦς: proba et germana lectio, cui, cum doctissime sit vindicata a P. Wesselingio Observatt. pag. 22, nos non ultra immorabimur.

Inde quoque explicandum oraculum ap. Herodotum I. 62. fin. et similes loci poëtarum; v. c. Aeschyli Agamemn. vs. 367. Alios exhibuit Jacobs. Animadvv. ad Euripid. Tragoed. p. 69. sq. *Cr.*

Rursus ille rem attigit ad Diod. XVII. c. 110. T. II. p. 146.

ἐστιν (scr. *ἔστιν*) *ἀναγνῶναι*. Deest *ἔστιν* in cod. Schellersh., nec admodum desideratur, cum, *ἀναγνῶναι* relato ad praecedens *ἰδεῖν φασι*, melius etiam videatur oratio procedere.

ἐνὶ μεσάτῳ. C. Sch. *ἐνιμμεσάτο*. Corruptio ex pronuntiatione orta.

τάφους διεφθαρότας. C. Sch. *τ. διεφθορότας*. Bene.

p. 32. *πόῤῥω τῆς αὐτῶν*. C. Sch. *π. τ. αὐτῶν*. Prave.

ὑμᾶς ἐνταῦθα ῥίψαντες. Notanda est mira sane et singularis Nostri consuetudo, quâ, quod apud alios rarius occurrit, ubivis fere adverbia, quae motum, cum iis, quae requiem significant, solet permutare. Quod exemplis monstrare a consilio nostro non erit alienum. Ἐνταῦθα quod attinet, rem attigit Hoogeveen. ad Viger. p. 370, cui junge Sturz. Lex. Xenophont. T. II. p. 193. N° 2. Conf. I. 28. p. 36. f. *θεῶν τις ἄγει τουτονὶ τὸν ἄνδρα ἐνταῦθα*. II. 29. p. 81. *φιλοσοφία δὲ ἡ περί σε πόθεν ἐνταῦθα*; ubi, quod obiter monebo, Jacobsius in Add. Animadvv. ad Athen. p. 254. conjicit *ἡ περισσὴ* pro *περί σε*, ut sit nimirum *egregia*, *eximia*, cf. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 948. p. 266. 1. B. Codex

Schellersh. vulgatam tuetur, nec est, quod ab eâ recedamus, quum formula illa a Graecorum consuetudine minime abhorreat. Conf., ut hoc tantum utar, Plutarch. in Sept. Sapient. Conv. p. 149. A. T. I. p. 587. Wyttenbach. ἡ περὶ σὲ διὰ τὸν τόπον ἀμαύρωσις ἢ ταπείνωσις. — III. 32. p. 123. οἱ ἐξ Αἰγύπτου φοιτῶντες ἐνταῦθα. III. 38. διανοουμένης δέ μου τὴν ἐνταῦθα ὁδόν. III. 45. p. 133. IV. 4. p. 143. τοὺς δὲ σῶζε καὶ οὐ παρελεύσῃ ἐνταῦθα, ubi ἐνταῦθα, a Morello asterisco notatum, perperam abest a cod. Schellersh. Caeterum ibi minus dextre interpretes: non praeteribis *híc*, ut Morellus, sive *isthuc*, ut Olearius. Conf. de παρέρχεσθαι supra ad I. 2. — Add. IV. 13. p. 150. IV. 16. p. 153. IV. 19. p. 257. VI. 10. pr. VII. 12. p. 289. VII. 36. p. 316. VII. 43. p. 320. f. Sic δεῦρο de commoratione in loco III. 2. f. τὸν βασιλέα τὸν δεῦρο Ἰνδῶν. III. 34. pr. καὶ Δάμιν, εἶπε, τῶν δεῦρο ἀποῤῥήτων ἀξιοῦμεν. V. 35. p. 219. ἐν τοῖς δεῦρο ἱεροῖς. VI. 5. p. 234. ἱκετεύει δεῦρο. VI. 13. p. 250. τὴν δεῦρο σοφίαν. VI. 19. pr. τοῖς δεῦρο ἀνθρώποις. Eâdem potestate et accipiendum III. 38. in fin. εἰ δικαζοίμην αὐτῷ δεῦρο, quod male Olearius dedit: *si huc sese ad judicium pertraxero*, pro *si híc de jure cum eo disceptarem.* Ad δικάζεσθαί τινι, forensem formulam, conf. Reisk. Ind. Graecit.

Demosth. p. 235 et 236. et Kuster. de Verbis Graecorum med. II. 7. Add. Libanii Epist. LIV. 27. ibiq. a Wolfio annotata. De δεῦρο hâc significatione disputavit Heindorf. ad Theaetet. p. 284, qui Buttmannianae interpretationi, quâ δεῦρο est hucusque, addere potuit ex Nostro IV. 18. pr. μετὰ πρόςρησίν τε καὶ ἱερεῖα δεῦρο μυεῖν Ἀθηναίοις πάτριον ἐπὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ, si quidem admittenda sit Olearii explicatio, quâ particulam δεῦρο accipit pro εἰς δεῦρο, cf. Alberti ad Hesych. s. v. T. I. p. 922. Porson. Adverss. p. 239 p. 210. Lips., sive ἄχρι δεῦρο, de quo vid. Wetsten. ad N. T. Tom. II. pag. 20. Eodem modo de tempore usurpatur ab auctore anonymo apud Suid. T. I. p. 182. Kust. ὃς Ἀναστασιακὸς μεχρὶ τῆς δεῦρο λέγεται: quem locum ex aliâ ratione in suum usum convertit Schaeferus V. C. ad Lamb. Bosii Ellips. Gr. p. 176. De δεῦρ' ἀεὶ exposuit Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 1215. pag. 373, cui junge Astium ad Platon. Legg. p. 374. — De permutatione vocum δεῦρο et ἐνταῦθα recte praecepit Thomas Mag. p. 77. Bern. Boissonad. ad Her. p. 308. laud. Quod ibidem addidit τὸ δὲ αὐτόθι, ἀεὶ ἐπὶ στάσεως, hoc minus recte habere, idem Philostratus argumento esse potest. IV. 24. p. 162. διαβάλλειν τὴν τῶν Ὀλυμπίων δόξαν πρεσβειῶν δεόμενοι πρὸς τοὺς αὐ-

τόθι ἥξοντας. — Deinde II. 36. p. 88. *ἄλλοσέ ποι μᾶλλον εἰσὶν, ἢ οὗπερ εἶναι δοκοῦσιν.* Cf. Markland. ad Max. Tyr. Dissert. XLI. 5. Add. Jacobs. in Actt. Philologg. Monacc. T. I. Fasc. III. p. 294. Neque tamen VIII. 15. p. 359. *Ἦλις μὲν γὰρ* (*γὰρ* abest a codice Schell.) *καὶ Σπάρτη αὐτόθεν, Κόρινθος δὲ ἀπὸ τῶν τοῦ Ἰσθμοῦ ὁρίων,* pro *ibi* est accipiendum *αὐτόθεν* cum Oleario. Verumtamen hic locus perperam omnino ab interpretibus intellectus, cum docte illustratus sit a Lamberto Bosio in Animadverss. ad Scriptores quosd. Graecc. Cap. IX. p. 40 — 42, nos non diutius nunc moretur. — De permutatione vocularum *οὗ* et *οἷ*, cett., quando frequentius illa apud omnes fere scriptores occurrit, paucis tantum exemplis defungar. I. 34. p. 43. *ὁρῶν οἷ τῆς γῆς εἶ.* II. 6. *ἠρώτα τὸν ἡγεμόνα οὗ στείχοιεν.* III. 10. p. 101. VI. 5. fin. VI. 10. p. 238. *ποῖ ξυνεσόμεθα.* Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 119 sq. Amst. p. 271. Lips. Heindorf. ad Phaedon. p. 4. et p. 222. Abresch. ad Cattier. Gazophyl. p. 62. Werfer. in Actt. Philologg. Monacc. Tom. I. Fasc. III. p. 412. coll. quae eandem in rem disputavit Held. ibid. T. II. Fasc. II. p. 162. — Caeterum cum hoc usu alius continetur, quo *εἰς* ponitur pro *ἐν*, apud Philostratum et ipse admodum frequens. I. 38. pr. *Μέλλων δέ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι*

τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων, ἐς οὓς λέοντές τε ἀπόκεινται τοῖς βαρβάροις καὶ ἄρκτοι, κ. τ. λ. VIII. 7. S. 6. p. 335. τὸ γὰρ κομᾷν ἐκ Λακεδαιμονίων ἥκει κατὰ χρόνους ἐπιτηδευθὲν αὐτοῖς, ἐς οὓς μαχιμώτατα αὐτῶν εἶχον. VIII. 20. καταμεῖναι δὲ ἐς τὰ βασίλεια τὰ ἐν τῷ Ἀνθίῳ: alibi. Vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. vs. 1170. p. 456. Wesseling. ad Diodor. III. 44. T. I. p. 212. V. 84. p. 399. et XIII. 12. pag. 551. Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 223. Sturz. in Lex. Xenoph. T. II. p. 68 et 69. Creuzer. ad Plotin. p. 278. Held. ad Plutarch. p. 46. in Actt. Philoll. Monacc. T. I. Fasc. I. Add. Platon. Conviv. cap. 7. p. 15. Ast. ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται εἰς τοὺς Ἕλληνας. coll. Protagor. pag. 312. a. pag. 471. Hdf. εἰς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν σοφιστὴν παρέχων. Vid. tamen de his locis Ast. in Adnott. p. 215 et 216. Aelian. V. H. VII. 8. p. 371. Kuehn. Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε: ibiq. Perizon. Contra ἐν pro εἰς apud Thucydid. VII. 17. ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, ubi cons. interpretes. Add. Wesseling. ad Diod. XIII. 7. T. I. p. 547. Jacobs. Addit. Animadverss. ad Athen. p. 95. et quae plura congessit Schleusner. in Lex. N. T. T. I. p. 777 et 778, quo pertinet item insignis locus Lucae XVIII. 42. μνήσθητί μου Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

ἐν κοίλῃ Εὐβοίας. C. Sch. ἐν κοίλῃ Εὐβοίᾳ. περὶ θέρος. C. Sch. περὶ τὸ θέρος.

ὁπότ' οὖν παρὰ βασιλέως ἀφίκετο, εὕρετο αὐτοῖς τὸ χρῆσθαι μόνους τῷ λόφῳ. Omnino sic Schellersh. codex. At illud παρὰ βασιλέως ἀφίκετο soloecismus apertus. Satis bene sic disposuit verba Abresch. ad Cattier. Gazophyl. p. 95. ὁπότ' οὖν ἀφίκετο, παρὰ βασιλέως εὕρετο, quod probatur etiam Boissonadio pag. 608, qui plura hujus locutionis exempla attulit, quibus adde VIII. 7. S. 2. p. 320. extr. Ad εὕρεσθαι, eleganter ita usurpatum, conf. quae monuit Valckenar. ad Herod. IX. 6. p. 693. Wess. T. VI. p. 226. Schw. Idem ad Ammon. p. 61. Abresch. Dilucidationes Thucyd. l. 31. Dio Cassius XXXIX. 63. p. 223. καὶ μηδὲν μέγα παρὰ τοῦ Γαουϊνίου εὑράμενοι. Josephus A. J. XVIII. 6. 7. T. I. p. 893. Haverk. εὑρίσκετο δ' αὐτῷ παρὰ τοῦ Μάκρωνος. Leniori forsitan mutatione corrigendum erit παρὰ βασιλέα, quae eadem verba cum παρὰ βασιλέως confusa videmus cap. 22. not. 6. Et sic etiam emendatum nunc reperio in margine edit. Ald.

Cap. XXV. στάδια κύκλῳ. Cod. Sch. στάδια τοσαύτῃ κύκλῳ. [18] Τοσαύτῃ admirantis

---

18) Etiam Cod. Darmst. τοσαύτη κύκλῳ. Mox

notula; quae ex margine in textum irrepserat, jure ab Oleario sublata [19]).

pag. 33. ἴσως τῷ τοῦ ρ. δαπέδῳ. C. Sch. vitiose τό. — Quae proxime antecedunt ἵν' ἐς τὰ βασίλεια . . . . ὥςπερ ἐκ γῆς ἀναφαίνοιτο, exemplis bene illustravit Hamakerus pag. 17 et 18. Sed veram explicationem occupaverat jam Wesselingius ad Diod. Sic. Lib. II. cap. 97. T. I. p. 122.

ἅτε δή. C. Sch. cum editt. prioribus ἅτε δέ, quod cum transitioni melius etiam h. l. inserviat et bis continuo repetita particula δὴ

---

idem p. 33. lin. 4. συνάπτουσα. Lin. 6. idem: μή πού τις. Lin. 12. ἐς βασίλεια, omisso articulo. Lin. 15. οἱ μὲν θεμέλιοι ἐβεβλήκεσαν, omisso δή; deinde ἅτε δὲ pro ἅτε δή. Lin. 18. ἐπαφήθη pro ἐπαφείθη. Pag. 34. lin. 4. ordine inverso: ἥκει σφίσι. Lin. 11. Ἀθῆναι γὰρ ἐχόμεναι, neglecto δή. *Cr.*

19) λίθους . . . . καὶ ὁπόσα . . . . εὕρηται, παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ νήσασα. Eleganter et ex veterum consuetudine pro σωρεύσασα. Vid. Odyss. XV. 322. ibiq. Eustath. pag. 577. 18. Basil. Herodotus I. 34. 50. ibiq. Wesseling. I. 86. Ruhnken. Epist. crit. II. p. 257 sq. Ernesti et Hermann. ad Aristoph. Nub. vs. 1204. Bast. Lettre critique p. 182. 188. Caeterum de asphalto et quae reliqua in eâ re memorari solent, vid. praeter Herodoti interprett. ad I. 179. Gmelin. in Commentt. Soc. Scient. Gotting. Vol. IV. p. 20. Silvestre de Sacy in notis ad Abdallatifii Descript. Aegypt. p. 271 sqq. Paciaudi in Monumm. Peloponness. II. p. 39. et Rich. Britannus in Hammeri libro Fundgruben des Orients III. 2. p. 129 sqq. et III. 3. p. 197 sqq. *Cr.*

vel ad aures insuavior accedat, non video, cur fuerit cum illo permutandum. [20])

p. 34. καὶ Ὀρφεύς. C. Sch. καὶ Ὀρφέως.

ἃ νικᾷν ἔφασκον. Cod. Sch. ἃ ν. ἔφασκεν, ut referendum sit ad Xerxem ipsum. Illud Olearius tacite rescripsit. [21])

---

20) ἀνδρῶνι — οὗ τὸν ὄροφον εἰς θόλον ἀνῆχθαι σχῆμα οὐρανῷ τινι εἰκασμένον. Apud Hesychium I. 1723. Alb. ἡ θόλος explicatur καμάρα. Explicatiora sunt haec Harpocrationis pag. 192. διὰ τὸ οὕτως οἰκοδομεῖσθαι στρογγύλον παρόμοιον θολίᾳ. cf. Pollux X. 31. qui etiam θολίαν cum σκιαδίῳ (feminarum umbraculo) comparat. Adde J. Chr. Wolf. ad Theophilum ad Autolycum pag. 139 sq. et quae *Boettigerus* eam in rem disputavit in libro, qui inscribitur Andeutungen p. 66 sq. Quae de coeli similitudine leguntur, ea ad symbolicam veterum populorum aedificandi rationem pertinent. Quam in rem vid. Porphyr. de antro Nymph. cap. 6. Idem de Styge ap. Stob. Eclogg. I. 4. p. 145. Heer. et Eustath. ad Odyss. XV. 404. p. 583. Basil. Et arguunt Aegyptiorum veterum templa, quorum icones habet grande opus Déscription de l'Egypte, licet eorundem tecta a tholi figurâ longissime abhorreant. *Cr.*

21) ταύτας (ἴυγγας) οἱ μάγοι αὐτοί φασιν ἁρμόττεσθαι φοιτῶντες ἐς τὰ βασίλεια· καλοῦσι δὲ αὐτὰς θεῶν γλώσσας. De re vid. Rhodigini Lectt. Antiqq. VIII. 12. laudatum a Kleukero ad Zend-avestam II. 1. (97) p. 104, quem confer, itemque Herderum et J. Müllerum in libro, qui inscribitur Die Vorwelt p. 58 sqq. 179 sq. 250. et Goerres. in libro vernaculo de Mythologiâ populorum Asiae pag. 226. Caeterum quod in antecedentibus χρυσαῖ ἴυγγες quatuor numero superne pendentes in aedibus regiis regem admonere dicuntur Adrasteae et rerum humanarum, hoc valde memorabile est, in quo immorari

Cap. XXVI. ἀποκρίνασθαι. C Sch. ἀποκρίνεσθαι: creberrimâ codicum discrepantiâ. Hoc loco utrumque recte se habet.

Cap. XXVII. ἀνάγκη τούτου. C. Sch. ἀ. τοῦτο. Ald. habuerat τούτῳ in marg. nostri exempli jam corr. in τούτοι. — Paullo ante, μαθὼν, ὅτι ὑπὲρ ἱστορίας ἥκοι tenenda est antiqua et primaria vis vocabuli ἱστορία, quae Herodoto inprimis est propria. Conf. Prooem. II. 99. μέχρι μὲν τούτου, ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι. Sic verbum ἱστορέω I. 56. μετὰ δὲ ταῦτα ἐφρόντιζεν

---

libeat, si vacare videatur. Nunc in paucissimis me continebo, neque repetam, quae Tiedemannus de art. mag. orig. p. 69. Boettigerus in Novo Mercurio German. 1800. p. 63. et Huschkius in Analectis critt ad Antholog. Gr. pag. 8. alii posuerunt, quibus adjice quae nuper ad Lycophronem congessit doctiss. Müller. vs. 309. p. 531 sq. Recte vero Olearius ad h. l. spirituum coelestium mentionem fecit, quae avium quarundam speciem induere crediti fuerint ab Orientis populis. Quae res per manus quasi tradita etiam ad Platonicos philosophos pertinuit: qui quidem copiose eam in rem disputare solent. Tu junge iis, quae Olearius ex hoc genere praestat, annotata a Fabricio et Boissonado V. C. ad Marini Vitam Procli p. 122 sq. Adde Damascium περὶ ἀρχ. in J. Chr. Wolfiii Anecdott. Graecc. p. 198 sq. loco luculento et longiori. Breviora subjiciam ex Damascio mscr. fol. 206. rect. cod. Monac. ὁ δὲ μερισμὸς ἐμφανὴς, ἀπὸ τῆς πηγαίας ἑκάτης ἄρχεται καὶ μάλιστα ἀπὸ τοῦ δὶς ἐπέκεινα· ἐπεὶ καὶ αἱ ἴγγες (leg. ἴυγγες) οὐ τρεῖς μόνον, ἀλλὰ πλείους· φησὶ

ἱστορέων, *τοὺς ἂν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προςκτήσαιτο φίλους*. Vid. ibi Wesseling. — Voces Herodott. ad calc. edit. Wesseling. pag. 14. sub *ἱστορέω*. Non minus frequens est in verbo *ἱστορεῖν*, apud posteriores praecipue, narrandi significatio. Diodor. Sic. I. 9. p. 13. bis. III. 52. p. 220. IV. 3. p. 249. Wessel. Plutarch. Phoc. cap. 4. p. 89. cap. 17. fin. p. 104. Schaef. Item *ἱστορία* Diod. I. 1, init. l. l. III. 52. p. 220. alibi. Ex Herodoto verbum hâc significatione ad posteriores quoque scriptores transiit, ut vel Paulus Apostolus eo sic uteretur Epistol. ad Galat. II. 18,

---

γάρ ὁ χρησμῳδῶν θεός· «πολλαὶ μὲν δὴ πᾶσαι ἐπεμβαίνουσι φαεινοῖς κόσμοις ἐκθρώσκουσαν (f. ἐνθρώσκουσαι) ἐν αἷς ἀκρότητες ἔασιν τρεῖς· καὶ οἱ συνοχεῖς οὐ τρεῖς ἀλλὰ πολλὰ ἕκαστος.» Et rursus fol. 122. rect. «ὅτι γὰρ καὶ τὰς ἴυγγας οἱ θεοὶ πολλὰς ἡμῖν παραδιδόασι καὶ οὐ τρεῖς μόνας· καὶ τοὺς συνοχέας πολλοὺς δηλοῖ τὰ λόγια ἀλλὰ καὶ ὑλαίοις ὅσα δουλεύει συνοχεῦσιν.» Vides, quomodo hinc lucem accipiant Philostrati ἴυγγες τέτταρες. Verum ipsa Philostrati verba laudata reperio in *cod. mscr. Darmstadino*. Adscribam integrum scholion: Πόσα σημαίναι ἴυγξ· τὴν γοητείαν· ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τῆς ἴυγγος τῆς καὶ σεισοπυγίδος καλουμένης καὶ ἀπὸ τούτου πᾶν τὸ τερπνὸν καὶ ἐπαγωγὸν ἴυγξ λέγεται· ὡς παρὰ Συνεσίῳ· καὶ μήποτε . . . μάγων ἴυγγες αὗται· ἴυγξ ἡ μονοκάλαμος σύριγξ ἀπὸ τοῦ ἰύζω τὸ διὰ δόνακος (interposuit alia manus κυρίως) φωνῶ· ὡς παρὰ Φιλοστράτῳ· χρυσαῖ δὲ ἴυγγες ἀποκρέμανται τοῦ ὀρόφου τέσσαρες, τὴν Ἀδραστείαν αὐτῷ παρεγγυῶσαι καὶ τὸ μὴ ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους αἵρεσθαι. Synesii locum laudavit Olearius. *Cr.*

ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον, ubi ex recentioribus exemplorum abunde subministrabit Wetstenius T. II. p. 218. cui junge Schleusner. Lex. N. T. Tom. I. p. 1090. Eâdem sententiâ θεωρίη apud Herodotum occurrit I. 29. καὶ δὴ καὶ Σόλων . . . . ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας: quocum Plutarchi locus est conferendus in Solone p. 79. C. cap. 2. p. 196. Schaef. καίτοι φασὶν ἔνιοι, πολυπειρίας ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας, ἢ χρηματισμοῦ, πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα. A θεωρεῖν ortum φιλοθέωρος, quo usus est Cicero in Epistt. ad Famil. VII. 16. *quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον te praebuisti, plane non reprehendo.* De rebus gestis enarrandis et exponendis usurpavit primum Polybius. Cf. Schweighaeuser. Lex. Polyb. p. 309. quem secuti sunt alii, v. c. Plutarch. in Solon. cap. 14. p. 211. et cap. 23. p. 237. Schaef.

παρὰ βαρβάρων. Cod. Sch. παρὰ βαρβάρῳ, perpetuâ lectionis diversitate. Facillime enim jota adscriptum confundi poterat cum ν finali, quod quam saepe factum sit, vix est, quod exemplis doceamus. Sic, ut hoc tantummodo utar, II. 11. pag. 59. pro ἀναπηδῶντι τῷ ἵππῳ cod. Schell. male habuerat τῶν ἵππων. Ibidem pag. 60. pro πολλῶν recte ex suis libris dedit Olearius πολλῷ. IV. 15. ναυπηγεῖς

τῷ λόγῳ cod. Schell. ναυπ. τῶν λόγων, quod tamen et ipsum fortasse defendi possit. II. 8. p. 57. ὡς μήτε ὕεσθαι τὸ ἱερὸν, μήτ' ἀ ν έ μ ω ν εἰςπνεῖσθαι, haud dubie est legendum ἀνέμῳ, licet vel Sch. codice adversante. Vid. Schaefer. Meletematt. critt. p. 109 et 110. Poppo Observatt. critt. in Thucyd. pag. 165 et 232. Moser. Specimen Lectt. Plutarch. pag. 50. in Creuzeri Meletemm. P. II. Nec minus σ̄ cum jotâ adscripto permutabatur, quod exemplis ostendit Schaeferus l. l. p. 113. not. item Jacobsius in Actt. Philoll. Monacc. T. I. Fasc. II. p. 147, ubi turpi vitio liberavit Philostrati textum in Epist. XXXVII. pag. 229. αἰτιᾷς με ὅτι σοι ῥόδα οὐκ ἔπεμψα corrigens αἰτιᾷ.

ἐφιστοροῦντι. Cod. Schell. ἀφιστοροῦντι. Mendose.

καὶ ὅ,τι ἐπιτηδεύων, καὶ ἐφ' ὅ,τι φοιτῶν. Sic Morellus et editiones omnes. Cod. Sch. ὅ,τι ἐπιτηδεύοι καὶ ἐφ' ὅ,τι φοιτῴη; quod unice verum pronuntiare nullus dubito. Editos enim si sequamur, valde contorta et insolens loci constructio efficitur, quam nec apud Philostratum nec apud alium quemquam scriptorem facile inveneris. Vitium inde ortum esse videtur, quod in φοιτῴη η migraverit in ν̄, de quâ confusione vid. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 428 et 429. Bast. Comment. Palaeogr. p. 715. et praecipue Jacobs. Addit.

Animadverss. in Athen. p. 99 et 100. In ἐπιτηδεύοι ο fortasse in ω et ι in ν transiit, quod et ipsum frequenter occurrit. Neque tamen impeditur structura, si ἐπιτηδεύων intactum reliquerimus, ut ὅ,τι ἐπιτηδεύων et ἐφ' ὅ,τι sibi invicem respondeant.

περιμεῖναι. C. Sch. παραμεῖναι, permutatione frequentissimâ. Vid. Schaefer. ad Longum p. 421 et 422. Illud ex Vat. cod. recte Olearius rescripsit, quod solum cadere in hunc locum potest, ubi exspectandi significatio requiritur. Vide, quae de horum verborum discrepantiâ, additis exemplis, egregie monuit Jac. Gronov. ad Herodot. I. 82. p. 822. p. 68. a. Wessel. Cf. Sturz. Lex. Xenoph. T. III. p. 523. Schleusner. Lex. N. T. Tom. II. p. 506. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 14 sq. ubi περιμένειν male cum ἐπιμένειν confundebatur. Add. Lucian. Deor. Dialogg. XX. T. II. pag. 67. De vi hujus verbi ac propriâ potestate vid. Wetstenius ad Acta Apost. I. 4. Tom. II. p. 457, qui aliquot etiam exempla protulit: quibus add. Platon. Conviv. init. Ὁ Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς; De παραμένειν cf. Idem ad Corinth. XVI. 3. T. II. p. 174. ad Hebr. VII. 23. T. II. p. 410.

Cap. XXVIII. μήτε τι. C. Sch. μή τέ τινι.

pag. 36. *ἐπεὶ δὲ ἦλθεν.* Cod. Sch. *ἐπεὶ δὲ διῆλθεν.*

ὅ,τι παθών. Olearius in suis libris omnibus invenit *μαθών*, quibus Schellershemiani quoque auctoritas accedit. Atque Rhinuccius itemque Morellus, qui sic verba interpretatur: *quânam fretus disciplinâ regem contemneret*, idem in suis legisse videntur. Recepit Olearius ex prioribus editionibus *ὅ,τι παθών*: quod nonnisi ab indocto librario, qui veram inter binas has loquendi formulas differentiam parum intellexerit, contextui esse intrusum existimo. Non est, quod huic rei explicandae diutius immorer, posteaquam doctissime de eâ exposuerunt et Wolfius V. Cel. ad Demosth. Leptin. pag. 347 — 349. et Hermannus ad Viger. p. 759 et 760. Cf. quos praeterea laudavit Creuzerus ad Nicephorum Nathan. ad calc. Plotin. de Pulcritud. p. 419. Add. Boeckh. de Platon. Min. p. 194. Cf. infr. V. 25. p. 207. VI. 19. pr. VIII. 5. init. ubi bene Olearius intactum reliquit *τί μαθών*; *τί παθὼν* occurrit IV. 15. et IV. 16. p. 154, ubi non minus ferri possit *τί μαθών*: sed addicit ibi etiam Schellersh. codex. Nostro loco *τί μαθὼν* vindicavit etiam Jacobsius in Add. Animadverss. in Athen. p. 327.

ἂν ἔχῃ. C. Sch. *ἣν ἔχῃ.*

ἣν ὁρᾷς, ἀπολωλυῖαν αὐτῷ, ἀνέλαβε. C.

Sch. ἣν ὁρᾷς ἀπολωλυῖαν, αὐτὸς ἀνέλαβε: uti priores editiones.

οὐκ ἀπόνως. C. Sch. οὐκ ἀπόνῳ. Vitiose: nec minus paullo inferius εἴ τις pro ἤ τις, uti bene jam in Ald. correctum reperio.

ἐπιθυμήσας μέν. C. Sch. ἐπ. μή. Perperam. De permutatione particc. μὲν et μὴ vid. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 576. Idem ad Bastii Comment. Palaeogr. pag. 762. Jacobs. in Additt. ad Porsoni Adverss. p. 292.

δοκῶν κεκτῆσθαι. C. Sch. cum Ald. et Morell. δ. ἐκτῆσθαι.

ξυνειληφέναι ὁμοῦ τὰς ἀρετὰς βούλει. [22]) Consentit cod. Schellersh. Boisson. ad Her. p. 278. πάσας inserendum arbitratur ante ὁμοῦ, omnino ex Philostrati consuetudine. Add. ad I. 35. p. 44, quem locum Boisson. laudavit, IV. 1. p. 140, οἱ δὲ πάντων ὁμοῦ θαυμασταὶ ὄντες, cett. Conf. Platon. Gorg. p. 64. Heindf. ὁμοῦ πάντα χρήματα, de quo vid. ibi annott. Plutarch. Cic. cap. 30. p. 127. Schaef. πάνθ' ὁμοῦ πράγματα, ubi Schaefer. in Meletematt. critt. p. 12. ὁμοῦ τι erat suspicatus. Sic in Artaxerxe p. 447. Cor. cap. 21. p. 184. Schaef.

---

22) Xenophonteum colorem habere quodammodo videtur hic locus. Ita enim Socrates Mem. I. 48. — νοῦν δὲ μόνον ἄρα οὐδαμοῦ ὄντα σὲ εὐτυχῶς πως δοκεῖς συναρπάσαι; quae attigit Cicero de N. D. II. 6. et Sext. Empir. advers. Math. p. 573. *Cr.*

πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Ἑλλάδα, quod Coray interpretatur *συνάπασαν τὴν Ἑλλάδα*. Ipse tamen Latinum interpretem secutus, qui dedit: *paene totam Graeciam*, legendum h. l. existimat *ὁμοῦ τι*. Amplectitur ergo vir doctissimus eandem, quam Wyttenbachius, rationem, qui in Animadvv. ad Plutarch. T. I. p. 614. contra ea, quae Hemsterhusius posuerat ad Lucian. II. p 54. Bip. (Dial. Mort. 27. 7. p. 443. ed. Amst.), exemplis abunde docuit, *ὁμοῦ* semper esse *unâ*, *simul*, *ὁμοῦ τι propemodum*, *circiter*. Junge Fabric. ad Dion. Cass. XLIII. 21. p. 356. Unde apud Philostratum IV. 17. *νεανίσκοι δὲ ὁμοῦ δέκα περιτυχόντες αὐτῷ κ. τ. λ.* non opus esse videtur, ut pro *simul decem* vertamus *fere*, *circa decem*, quod placuit Lamb. Bosio in Animadverss. ad Scriptt. quosdam Graecos Cap. VII. p. 33, hanc significationem semper in hâc particulâ inesse dicenti, ubi Numeralibus jungatur. Neque tamen facile cuiquam in mentem venerit, II. 12. p. 61. *ἐπεσκευασμένοι πυργοὺς, οἵους κατὰ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα ὁμοῦ τῶν Ἰνδῶν δέξασθαι*, ubi item Numerali jungitur, eandem significationem admittere, Qui vero alii loci pro confirmando illo usu, e Dionysio Halicarn. praecipue, solent laudari, in iis commode sive per *simul* explicari potest *ὁμοῦ*, sive etiam, cum Bastio Epist. Palaeogr. p 827.

summâ factâ, gerade, im Ganzen. Attigit hanc formulam idem Bast. Lettre critique p. 125.

σοὶ φέρων. C. Sch. σοὶ φέρω, ν exstincto.

Cap. XXIX. παρόντων αὐτῷ τῶν μάγων. C. Sch. παρόντων τῶν μάγων αὐτῷ. Ita correctum deleto ν̄. Fuit αὐτῶν.

αὐτῶν ἕνα. C. Sch. αὐτῷ ἕνα.

ἐπισκοπουμένῳ μου. C. Sch. ἐπ. μοι, ut Ald., in quâ et ipsâ μου jam corr. reperio in margine.

μὴ ἐς μεταβολὴν ἤδη τὰ πράγματα αὐτῷ ἥκῃ. C. Sch. μ. ε. μ. ἥκει τὰ πρ. α. ἥκῃ. Sed hoc a rec. manu corr. ex ἤδη.

Cap. XXX. p. 37. τῇ Παμφύλῳ. C. Schell. τ. Παμφύλου.

p, 38. μετὰ ταῦτα. C. Sch. μεταταῦτα, quae vitiosa scriptura in editiones quoque transiit. I. 41. p. 49. III. 16. p. 108. IV. 15. pr. V. 38. init. VI. 17. p. 255. alibi.

p. 39. ἡ σοφὴ αὔτη. Cod. Schell. ἡ σοφία αὔτη.

παρθένουςτε. C. Sch. sic: παρθένους γὰρ: (τὲ suprascr.) τὲ a rec. m. suprascripto.

τοῦ ἐκπεπλῆχθαι βασιλέα καὶ ὄγκον. Addicit et Schellersh. codex. Jacobsius, quod „*splendorem quidem et magnificentiam regis,*

ipsum autem regem non vidisset Apollonius" scribendum putat βασιλικὸν ὄγκον. Vid. Epistol. ad Schneider. p. 37. Equidem in vulgatâ cum codd. adquiescre satius duxerim, ne venusta loci elegantia, quam ἓν διὰ δυοῖν Grammatici dicunt, hâc mutatione tollatur. Exempla qui quaerit, adeat Cel. Wyttenbachium ad Plutarch. T. I. p. 375 et 376. p. 468. 542 et 597. Add. Pindar. Isthm. VIII. 1. Κλεάνδρῳ τις ἁλικίᾳ τε . . . . ἀνεγειρέτω κῶμον. Caeterum ad verba ὅσον ἀπεῖχε τοῦ ἐκπεπλῆχθαι βασιλέα non multum interesse videtur, utrum jam in conspectu regis fuerit Apollonius, nec ne; cum ille de omnibus aliis disserens, ne dignum quidem omnino regem habuerit, quem intueretur. [23]).

Cap. XXXI. διελάλησέ τι. C. Sch. δ. τε, ab eâdem manu.

---

23) Caeterum ὄγκος cum apparatus et opulentiae significatu tum vero etiam fastus familiare inprimis Plutarcho. Vid. Vit. Romul. cap. 15. cap. 25. et Numam cap. 8. Primo loco Tarquinius dicitur — εἰς τουτο τὸ σχῆμα καὶ τὸν ὄγκον ἐξᾶραι τοὺς θριάμβους, quod admonet Sophoclei Ajac. 129. μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν. Zonar. Lex. Gr. p. 1423. ὄγκος· ἡ ἔπαρσις· ἢ τὸ πάχος. Alia dabunt Interprett. ad Hesych. in voc. Ez. Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 715. [J. C. Wolf. ad Libanii Epist. DCCVII. p. 338.] et Wetsten. ad N. T. II. p. 432. Hinc ὀγκος etiam de tumore orationis. Cujus usus exempla e rhetoribus congessit Ernestus in Lex. technol. Gr. rhetor. pag. 226 sq. *Cr.*

Cap. XXXII. προςῆλθε. C. Sch. προῆλθε: ut variare solent in hâc particulâ codices.

εὐξυμβόλου. C. Sch. εὐξυμβούλου.

γηΐνῳ τούτῳ ἐρίῳ. C. Sch. γ. ἐρίῳ τούτῳ.

pag. 41. σοφίας ἥκει. C. Sch. σοφίας ἥκοι. Male.

γιγνώσκω — προγιγνώσκω. C. Sch. γινώσκω — προγινώσκω: quae scribendi diversitas tam frequenter recurrit, ut de eâ semel monuisse sufficiat.

ταῦτα ὁ Δάμις μὲν (Cod. Sch. vitiose μὴ) διαλεχθῆναί φησι τὸν ἄνδρα, Ἀπολλώνιος δὲ ἐπιστολὴν αὐτὰ πεποίηται· πολλὰ δὲ ἄλλα τῶν ἑαυτῷ εἰς διάλεξιν εἰρημένων, ἐς ἐπιστολὰς ἀνετοπώσατο. C. Sch. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα. Recte. καὶ in hâc locutione librariorum socordiâ saepissime omittitur: ἀνετοπώσατο dedit Olearius, nihil omnino monens de ullâ sive codicum sive editionum varietate: idemque vocabulum Schneiderus etiam in Lexico ad hujus loci auctoritatem ut germanum agnoscit. At Aldin. et Morell. habent ἀνετυπώσατο, quod Schellersh. codice firmatur. Unde facile nascitur suspicio, esse hanc lectionem operarum incuriae tribuendam, quâ plurima vitia in Philostrati opera irrepsisse nemo nescit. Forsitan tamen in uno alterove libro illam invenit Olearius, in quibus et ipsis vocabula τόπος ac τύπος non raro confunduntur. Cf.

Dorvill. ad Charit. pag. 354. Lips. Bast. et Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 10. Sic in Plutarchi vitâ Cat. Min. cap. 23. pag. 154. Schaef. ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν· Cod. Palatin. N° 168. ab aliquâ manu suprascriptum habet τό, ut sit τόπος. Attendendum praecipue est ad illud εἰς διάλεξιν *), quod Morellus et Olearius omnino negligentes, ultima verba sic verterunt: *et alia multa ab se dicta in epistolas retulit*, cum in priore enuntiatione bene correxerit Olearius interpretationem Morelli, verba ἐπιστολὴν αὐτὰ πεποίηται sic vertens: *ipse vero Apollonius in epistolam ea redegit*, ubi ille minus recte: *sed ipse etiam Apollonius* (haec) *in quâdam scribit epistolâ.* Atque haec ipsa verba argumento sunt, esse, quo oratio sibi constet, necessario revocandum ἀνετυπώσατο. Neque enim quae disserendo pronuntiabat Apollonius, retulisse solum in epistolas, sed redegisse ea in epistolarum formam dicitur. — Caeterum cod. Schellersh. 'Aπ. δὲ ἐπιστολὴν, ut Olearius tacite mutavit ex 'Aπ.

---

*) De voce διαλέξεις cf. Ernesti Lexicon Technolog. Graecorum rhetor. p. 78. et praecipue Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 352, qui ad philosophorum imprimis et Sophistarum dissertationes illam pertinere exemplis abunde docuit.

ἐπιστολὴν δὲ, quod Morellus dederat, asterisco notatum. Quae posterior lectio tantum abest, ut rejicienda nobis videatur, ut magis etiam ad sensum eam accommodatam judicemus, quippe quâ oppositio verborum διαλεχθῆναι, et ἐπιστολὴν αὐτὰ πεποίηται lucidius appareat. Cf. de hâc trajectione particulae δὲ van Heusde Specim. crit. in Platon. p. 54. ibiq. laud. Dorvill. ad Charit. Lib. VIII. cap. 2. p. 173. Lips. — Non abs re erit huic disputationi nonnulla subjicere de verbo ἀνατυποῦν et similibus, a Philostrato valde frequentatis. Significat autem ἀνατυποῦν plerumque describere, accurate exponere, uti I. 19. p. 23. διατριβὴν δὲ ἀναγράψαι καὶ συνουσίαν καὶ ὅ,τι ἤκουσεν ἢ εἶδεν, ἀνατυπῶσαι. I. 28. p. 35. δραμὼν δὲ αὐτὸς παρὰ τοὺς ἄνδρας . . . ἀνατυποῖ τὸν Ἀπολλώνιον, προειπὼν ὅτι μήτε προςκυνεῖν βούλεται, μήτε τι ἀνθρώπῳ ἔοικεν. IV. 15. καὶ πολλὰ ἴσως διακηκοὼς μήπω ἡμῖν γιγνωσκόμενα, οὐ δίεις ταῦτα, οὐδὲ τὸ εἶδος ἡμῖν τοῦ Ἀχιλλέως ἀνατυποῖς. Sic I. 33. f. ἀλλὰ τοὐμὸν ὑπογράφων σοι, ταῦτα εἶπον (Plato Theaet. p. 382. ibiq. Heindorf.) et I. 31. p. 39. καὶ ἀπεζωγράφησέ μοι τότε τοιοῦτον αὐτὸν, ὁποῖος ἥκει. Eâdem ratione ἐξακριβοῦν I. 2. pag. 4. V. 7. p. 193. V. 9. Similia sic tralata occurrunt. VI. 19. pag. 257. ἀναγράφει γάρ τι ἡ

γνώμη καὶ ἀ ν α τ υ π ο ῦ τ α ι, δημιουργίας κρεῖττων. II. 36. p. 89. οἱ δὲ ἐμοὶ ξυμπόται τὰ μὲν ὄντα ὁρῶσιν ὡς ὄντα, τὰ δὲ οὐκ ὄντα οὔτ' ἀ ν α γ ρ ά φ ο υ σ ι ν αὐτοῖς, οὔτ' ὑποτυποῦνται. De posteriori vid. Schweighaeus. in Lex. Polyb. s. v. Add. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. Lib. III. I. S. 3. pag. 129. ad eundem Fabric. Lib. I. init. item H. Stephan. ad I. Sect. 4. p. 202. et quae plurima dedit ex omni fere scriptorum genere Wetstenius ad N. T. Tom. II. p. 320. IV. 25. p. 164. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκης ἐς τὸν Μένιππον βλέπων ἐ ζ ω γ ρ ά φ ε ι τὸν νεανίαν καὶ ἐθεώρει. Cf. ibid. Olear. I. 2. pag. 4. Πλάτων . . . καθάπερ ζωγράφος ἐ σ κ ι α γ ρ α φ η μ έ ν ο ι ς ἐπιβαλὼν χρώματα, ubi Boisson. cod. A. χρῶμά τι, cf. Addend. ad Heroic. pag. 661. Adhibuit locum Creuzerus ad Plotin. p. 367. not. Vid. quae ad Aristotelem exquisite nuper de his verbis disputavit Zellius in Creuzeri Meletematt. P. II. p. 79. Add. Dorvill. ad Charit. p. 551. Amstel. p. 536. Lips. Ast. ad Platon. Rempubl. p. 410. 473. 550. ad Legg. p. 151. 249.

Cap. XXXIII. ἢ εἰ τὰ Περσῶν. C. Schell. ἢ τὰ Π., εἰ a rec. manu in margine posito, plane ut in Ald. editione. Est hoc Itacismi vitium, quo ἢ et εἰ saepenumero coalescunt. Cf. Jacobs. Addit. Animadvv. in Athen. p. 150

πεποιῆσθαι. C. Sch. ποιεῖσθαι, ita ut recentissima manus correxerit πεποιῆσθαι. Sensus utrumque admittit.

ᾤκησας ἄρα. C. Sch. ᾤκ. ἄρα.

